AUTHOR:

ARENS, FRANZ

TITLE:

DE TERENTIANARUM FABULARUM MEMORIA

PLACE:

MONASTERII GUESTF.

DATE:

1910

Master Negative #

91-80313-20

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Arens, Franz, 1885-
De Terentianarum fabularum memoria in Aeli Donati quod fertur Commento servata, commentatio... quam...scripsit Franciscus Arens... Monasterii Guestfalorum, E typographeo Aschendorffiano, 1910.
78 p. 23 cm.

Thesis. Münster.
Vol. of theses.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm   REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 10-29-91   INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no 3

De Terentianarum fabularum memoria in Aeli Donati quod fertur commento servata.

Commentatio philologica,

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque in alma litterarum universitate regia Monasteriensi ordinis ad summos in philosophia honores rite consequendos

scripsit

Franciscus Arens
Guestfalus.

Monasterii Guestfalorum 1910.
E typographeo Aschendorffiano.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Guilelmus Kroll
ordinis philosophorum h. a. decanus.

De comprobanda hac commentatione ad ordinem philosophorum rettulit

P. E. Sonnenburg.

Superioribus annis quoniam P. Wessner summa diligentia Aeli Donati quod fertur commentum edidit, Terentianarum fabularum memoriam qualis exstat in eo considerare operae esse pretium omnes facile concedent. Qua de re ipse vir doctissimus haec: „Quod attinet", inquit, „ad ipsam Terentianarum fabularum memoriam qualis exstat in commento nostro, rem esse incertissimam ex eis quae de commenti origine exposuimus, facile quivis intelleget. Nam ut omittam scholiorum formam saepenumero ab excerptoribus esse mutatam, hoc vix credibile est etiam integra genuini commenti Donatei lemmata in Terentianorum codicum margines esse translata. Immo veri est simillimum singula scholia variis notis cum iis ad quae pertinebant poetae verbis coniuncta fuisse; deinde eum qui scholia descripsit, ut unum corpus efficeret, praefixisse ea comici verba quibus eadem quae scholio nota adscripta erat. Hinc factum, ut haud raro falsa scholiis lemmata praeponerentur; hinc porro factum, ut lemmata modo hanc modo hanc Terentiani textus recensionem sequerentur; hinc denique factum, ut interdum aliam in lemmate aliam in ipso scholio Terenti memoriam inveniremus. Quae si reputaverimus, facile concedemus ex lemmatis de ea quam ipse Donatus secutus sit textus recensione nihil certi colligi posse, quippe quae nihil indicent nisi quae fuerit in iis quibus olim scholia adscripta erant libris Terentianis textus condicio; quos libros intra quartum et sextum saeculum collocandos esse per se patet. Maiorem fidem habent ea quae ex ipsis scholiis eliciuntur, quamquam ne hic quidem de Donatea origine satis constat; praeterea non neglegendum ex memoria scholiastam afferre potuisse poetae verba."

Quae cum ita sint, quamquam rem satis lubricam esse apparet, tamen, quoniam Bembino solo excepto commenti memoria sane est vetustissima, prosperene res cederet, periclitandum esse mihi videbatur.

Postquam autem diligentissime in totam quaestionem inquisivi, haec de Terentianarum fabularum memoria probabilis mihi visa est opinio.

Iam Wessner ex lemmatis de Donati textus condicione nihil certi effici sibi persuasit; equidem, ut rectissime de hac re iudicare possem, omnia quae huc pertinent lemmata contuli atque pertractavi, ut, num quid certi ex iis colligi liceret, cognoscerem. Neque exigua in hac re opera consumpta eo perveni, ut Wessnero omnino adstipularer: „Lemmata nihil indicare nisi quae fuerit in iis quibus olim scholia adscripta erant libris Terentianis textus condicio.“ Itaque quali textu ipse Donatus usus sit indagaturi ad scholiorum memoriam revocamur.

De commenti quod ad nos pervenit origine Wessner maxime Sabbadinium secutus haec exponit [1]):

„Genuinum Donati commentum in duorum excerptorum manus incidit, qui servato auctoris nomine scholia maximam partem plus minusve transformata in Terentianorum codicum margines transtulerunt. Procedente tempore evenit, ut variae adnotationes diversae originis sive ab ipsis excerptoribus sive ab aliis adicerentur. Tum sexto saeculo nescioquis duo illa scholiorum corpora admodum aucta in unum cogere studuit atque rem ita instituit, ut primum singulos scholiorum ordines binis columnis iuxta positis ex codicibus transscriberet, deinde Terentianorum versuum ordinem secutus confunderet; id quod ei non semper contigit. Simul commissuras quam maxime occultare conatus est, ut unius et simplicis operis speciem efficeret; fortasse etiam alia nonnulla de suo addidit...“

Quae cum ita sint, postquam lemmatum condicionem iterum iterumque mecum reputavi, lemmata ad duorum librorum memoriam maxime variam redire mihi persuasi. Quae res ita fere explicatur. Sexto p. Chr. saeculo Terentianarum fabularum memoria in duas, ut ita dicam, classes divisa erat. Altera erat vulgata quae dicitur sexti saeculi memoria: quae textus Terentiani recensio longe plurimos complexa manuscriptos in omnium manibus erat; alterius classis perpauci libri in paucorum grammaticorum usu fuisse aut in bibliothecis latuisse videntur. Horum librorum memoria, quorum in numero praeter Bembinum et Donati liber et eius qui commentum composuit melior liber habendi sunt, quoniam in doctorum virorum tutela fuerant, multo melior atque fide dignior fuit: inde numerus ille satis magnus lemmatum, quae bonas exhibent lectiones. In alterius illius vulgatae editionis libros procedente tempore plurimae atque maximae corruptelae irrepserant;

[1]) praef. p. XLVI.

ex quibus uno, qui commentum composuit, deteriore libro usus est: cuius corruptas scripturas plurima commenti lemmata sequuntur. In hoc vulgatae editionis libro homo ille sexti saeculi [1]) corpus scholiorum e genuino commento excerptorum admodum auctum adscriptum habebat. Aliquando autem cum in libri alterius illius melioris marginibus alterum atque varium Donateorum scholiorum corpus invenisset, duorum corporum in unum cogendorum consilium iniit. Et rem eum ita cum Wessnero censeo instituisse, ut „primum singulos scholiorum ordines binis columnis iuxta positis ex codicibus transscriberet, deinde Terentianorum versuum ordinem secutus confunderet“.

Sed in hac re perficienda utriusque libri lectiones ut lemmata scholiis eum praefixisse consentaneum est. Deinde cum duo scholia in unum cogeret, unum ex duobus illis lemmatis arbitrio scilicet electum novo scholio quale in commento nunc exstat praeposuit. Quotiens autem scholia non mutata neque e duobus exemplaribus contracta in novum commentum recepit, plerumque suum cuique lemma servavit. Quo factum est, ut et saepe lemmata inter se repugnarent et, cum scholiorum memoria neglecta modo alterius modo alterius libri lectiones in novi commenti lemmata reciperentur, non semel lemmatis et scholii memoria discreparet. Qua in re quod saepius ille vulgatae editionis, qua fere uti soleret, memoriam secutus est, mirum esse non potest.

Librum, quo ipse Donatus in genuino commento conscribendo usus sit, — nam Donatum non, ut fere solent nostrae aetatis viri docti, complures vel quam plurimos libros manuscriptos via ac ratione contulisse, sed, id quod antiquis grammaticis satis erat, unius libri variis scilicet lectionibus atque scholiis ornati auctoritate nisum esse per se probabile est, — e parvo illo numero meliorum librorum fuisse ex scholiorum memoria efficitur atque cogitur. Itaque creberrimus inter Donati librum et Bembinum consensus est. Sed Donati librum etiam meliorem atque antiquiorem quam Bembinum fuisse scholiorum lectionibus comprobatur.

Reliqui codices Terentiani, qui aetatem tulerunt, omnes ad Calliopi recensionem redeunt aut ex ea pendent.

Postquam autem lemmatum memoriam cum librorum ς [2]) comparavi, codices ς libros vulgatae sexti saeculi editionis continuare

[1]) Commentum quale ad nos pervenit iam sexto saeculo exeunte exstitisse scholiis Bembinis comprobatur: Wessner praef. § 5, 1.

[2]) Hoc signo Calliopianae recensionis libros comprehendere consuevimus.

mihi persuasi, ut quales tum hi libri fuerint aliquo modo cognoscere liceat e deterioris quem plurima commenti lemmata sequuntur libri lectionibus. Neque ita multo post quam commentum conscriptum est, Calliopius ille recentiore, ut videtur, melioris memoriae libro haud raro ad arbitrium usus Terentianarum fabularum contextum ita constituit, ut eum si non integrum, tamen facilem intellectu reddiderit. Inde ab hoc tempore haec Calliopi recensio plurimum valebat, ut omnes qui vulgabantur libri plus minusve ad eam accomodati sint. Itaque singuli codices ς et ex sexti saeculi vulgata et ex Calliopi recensione plus minusve pendent.

Oritur denique quaestio, quo Iovialis, Bembini correctoris (A[3]), pertineat liber. Ex eis quae Hauler[1]) et Kauer[2]) de Ioviale eiusque correcturis exposuerunt, librum quem ille secutus est in meliorum numero habendum esse efficitur. Et cum satis creber inter A[3] et ς inveniatur consensus, aut Iovialis liber cum Calliopi codice, quem recentiorem quendam melioris memoriae fuisse modo coniecimus, arto quodam vinculo coniunctus erat, — quod si est Calliopi recensio isdem fere temporibus vel paulo post collocanda videtur esse, — aut Iovialis quoque liber iam aliquantum ex Calliopi recensione pendet, ut Iovialem recentiorem esse intellegas.

Adnot. Duobus locis consensus quidam inter commenti scholia et Iovialis correcturas reperitur. Phorm. 768 in Bembino ita traditur: *,ita fugias ne praeter* [*mittas*] *casam'*, ubi ,mittas' addidit Ioviales, qui hoc verbo interpretari videtur. Et si confers commenti verba: *„,ita fugias ne praeter casam ut aiunt'* ita fugito, ne praetermittas casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum" idem vel simile aliquid in Iovialis libro fuisse est suspicio. — And. 928 cum verbis alterius scholii: *„,hem'* sunt qui putent Simonem dicere irascentem filio Critonem submonenti" consentiens Ioviales *,hem'* Simoni tribuit. — Sed ex tam exiguis indiciis nihil certi colligi posse apparet.

A. De lemmatum memoria.

Sed iam, qualis sit lemmatum condicio, consideremus. Quae cum permultis locis ab omnium codicum Terentianorum memoria discrepent, ut de universa lemmatum condicione recte iudicemus,

[1]) In Phorm. edit. app. crit. p. 183 sqq.
[2]) Stud. Vind. XX, 252 sqq.; XXII, 56 sqq.

hos locos aliis data occasione auctos via ac ratione componere satis erit. Qua in re, ut opinionem nostram probare possis, noli neglere, ut minor lemmatum numerus bonam sequatur memoriam, ita multo plura lemmata corruptas exhibere lectiones.

1. Transpositiones.

Saepissime in lemmatis poetae verba transposita sunt; haec lemmata maximam partem ad vulgatam editionem pertinere in aperto est. Ac primum eos complector locos, quibus ordine verborum mutato metrum turbatur, deinde eos quibus metro satisfit; illos littera *α*), hos littera *β*) significavi.

α. [1])

And. 221. ς (A deest): *,fuit olim quidem senex'; 2 l: ,fuit quidam olim senex'.*

And. 506. ς: *,hoc ego scio unum neminem peperisse'; l: ,ego unum hoc scio neminem'.*

And. 650. ς: *,quantasque hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines'; l: ,quantas hic mihi suis consiliis'* [2]).

And. 733. ς: *,repudio quod consilium'; l: ,consilium quod'* [3]).

And. 819. ς: *,nolo me in tempore hoc'; l: ,nolo me hoc in t'.*

Eun. 122. ω: *,eras contenta'; l: ,contenta eras'.*

Eun. 241. ω: *,consilium cum re'; l: ,cum re consilium'.*

Eun. 377. ω: *,eamus intro nunciam orna me'; l: ,orna me nunciam'.*

Eun. 483. ω: *,tibi obstat'; l: ,obstat tibi'.*

Eun. 562. ω: *,narra istuc quaeso quid siet immo ego te obsecro hercle ut audias'; l: ,immo hercle obsecro te ut audias'* [4]).

Eun. 623. ω: *,miles vero sibi putare adductum ante oculos aemulum'; l: ,vero putare ante oculos sibi adductum'.*

[1]) *l* = lemma; *ω* = consensus codd. Ter.

[2]) Lemmatis verborum ordine efficitur octonarius iambicus, qui ante diaeresim habet anapaestum, cum legibus metricis purus postuletur iambus.

[3]) Si lemma sequeremur, deterior esset versus propter caesuram. Apparet poetam metri causa a solita collocatione recessisse.

[4]) Ne librorum quidem memoria satisfacit rei metricae. Umpfenbach et Dziatzko pro *,siet'* scribunt *,sit'* itaque efficiunt octonarium iambicum, qui structurae apud Terentium usitatae repugnat. Wagner et Fleckeisen *,siet'* servant, sed pro *,obsecro'* substituunt *,oro'*. At commenti scholio gradatio illa *,quaeso—obsecro'* laudatur, ut *,obsecro'* tenendum esse appareat. Fortasse lemmatis auxilio difficultati mederi possumus. Si *,hercle'*, quod loci varietate in suspicionem venire potest, delemus et ea quae restant (*,immo obsecro te ut audias'*) cum priore versus parte coniungimus, en habemus octonarium emendatum.

Eun. 719. ω: *,de cognitione ut‘; l: ut de cognitione‘.*
Eun. 1061. ω: *,quae facta hic sient‘; l: ,quae hic facta s‘.*
Ad. 192. ω: *,si ego tibi illam‘* (nisi quod G *,tibi‘* om., D: *,ego illam tibi‘); l: ,si tibi ego illam‘.*
Ad. 663. ω: *,atque etiam si est pater dicendum . . .‘; l: ,et si est dicendum pater . . .‘.*
Ad. 733. ω: *,si non ipsa re tibi istuc dolet‘; l: ,re ipsa istuc tibi dolet‘* [1]).
Ad. 805. ω: *,istaec nata oratio est‘; l: ,oratio nata est‘.*
Ad. 832. ω: *,ad omnia alia‘; l: ,ad alia omnia‘.*
Ad. 908. ω: *,atque hanc in horto maceriam‘; l: ,atque in horto hanc‘.*
Hec. 236. ω: *,ut cum matre plus una esset‘* (F: *,una plus esset‘*); *l: ,esset plus una‘.*
Hec. 237. ω: *,quod heri nemo voluit visentem‘; l: ,heri visentem nemo voluit‘.*
Hec. 440. ω: *,crassus caesius‘; l: caesius crassus‘.*
Phorm. 179. ω: *,nisi iam aliquod tibi consilium‘; l: ,tibi aliquod‘.*
Phorm. 214. ω: *,vi coactum te esse‘; l: ,coactum esse te‘.*
Phorm. 346. ω: *,prima coitio est acerrima‘; l: ,coitio acerrima est‘.*
Phorm. 581. ω: *,te mihi fidelem esse aeque atque egomet sum mihi‘; l: ,atque ego sum aeque mihi‘.*
Phorm. 678. ω: *,quae . . . illi res vortat male‘; l: ,res illi‘* [2]).

β.

And. 727. ς: *,quam ob rem id tute non facis‘; l: ,tute id‘.*
Eun. 131. ω: *,aliquantum ad rem est avidior‘; l: ,aliquantulum est ad rem avidior‘* [3]).
Eun. 282. ω: *,tibi patent fores hae‘; l: ,hae fores‘.*
Eun. 309. ω: *,in ea re utilitatem‘; l: ,utilitatem in ea re‘.*
Eun. 648. ω: *,unguibus facile‘; l: ,facile unguibus‘.*
Eun. 660. ω: *,etiam hoc misera suspicor‘; l: ,misera hoc suspicor‘.*
Eun. 671. A: *,quid huc tibi reditio est‘;* ς: *,tibi‘* om.; *l: ,quid tibi huc‘.*
Eun. 746. ω: *,multa passa‘* (exeunte octonario trochaico); *l: ,passa multa‘.*

---

[1]) Verborum ordine bis mutato duo versu exeunte habemus iambica vocabula.

[2]) Si *,illi‘* ex lege brevis breviantis corripi liceret, versus esset iustus.

[3]) Si pro *,aliquantulum‘* genuinum restituitur *,aliquantum‘* (cf. p. 18), versus est iustus.

Eun. 802. ω: *,miseret tui me‘* (ineunte septenario trochaico); *l: ,miseret me tui‘.*
Eun. 895. ω: *,domi opperiamur potius‘; l: ,domi potius opperiamur‘* [1]).
Eun. 955. ω: *,colligavit primum eum‘; l: ,colligavit eum primum‘.*
Ad. 347. ω: *,testis mecum est anulus‘: l: ,testis est mecum anulus‘.*
Ad. 392. ω: *,piget pudetque‘; l: ,pudet pigetque‘.*
Ad. 588. ω: *,Aeschinus odiose cessat‘* (ineunte septenario trochaico); *l: ,odiose Aeschinus cessat‘.*
Ad. 690. ω: *,si te mihi ipsum; l: ,te ipsum mihi‘* [2]).
Ad. 839. ω: *,scilicet ita tempus fert‘; l: ,ita fert tempus‘.* Eadem transpositio, cui metrum obstat, in altero scholio. Sed in tertio scholio lectio citatur iusta. Iam alterum illud scholion, nisi totum vel pars eius subditicium est, vulgatae editionis libro adscriptum fuisse et eius pravam lectionem in scholion irrepsisse apparet.
Ad. 931. ω: *,parere iam diu haec‘; l: ,haec iam diu‘* [3]).
Hec. 7. ω: *,ut iterum possit vendere‘; l: ,posset iterum‘.*
Hec. 84. ω: *,dic mihi Philotis ubi . . .; l: ,dic mihi, ubi Philotis . . .‘* Hic librorum collocatione versus non efficitur. Poetam, ut a solita collocatione recederet, metro coactum esse et lemma integrum habere ordinem in promptu est.
Hec. 199. ω: *,eadem aeque‘; l: ,aeque eadem‘.*
Hec. 550. ω: *,qui vidisse eum diceret‘; l: ,eum vidisse diceret‘.*
Hec. 758. ω: *,sed nolo esse falsa fama gnatum‘* (nisi quod A *,esse‘* om., D F: *,sed esse falsa fama nolo‘); l: ,sed nolo falsa fama esse‘* [4]).
Phorm. 80. ω: *,noster mali nihil . . .‘; l: ,noster nihil mali‘.*
Phorm. 137. ω: *,quid te futurum est‘* (ineunte senario); *l: ,quid te est futurum . . .‘.*
Phorm. 248. ω: *,meditata mihi sunt omnia‘; l: ,meditata sunt mihi omnia‘.*
Phorm. 317. ω: *,ad te summa solum‘; l: ,ad te solum summa‘.*
Phorm. 682. ω: *,emunxi argento senes‘; l: ,argento emunxi senes‘.*
Phorm. 835. ω: *,partes tuas‘; l: ,tuas partes‘.*
Phorm. 948. ω: *,me sic‘; l: ,sic me‘.*

---

[1]) ω habent caesuram penthemimeren, lemma hephthemimeren.

[2]) Rein et Fleckeisen lemma sequuntur.

[3]) Sane codicum Ter. versus est elegantior, cum habeat ante diaeresim purum iambum.

[4]) Lemmate verborum accentus cum numeris minime consociantur.

2. Omissa aut additamenta.

a) Omissa.

Nonnunquam in commenti lemmatis, si librorum confers memoriam, verbum aliquod omissum est:

And. 408. ς (A deest): *,fac apud te ut sies'*: *l*: *,apud te sies'* (om. *,ut'*). — Cum verbi faciendi imperativum in Terentianis modo paratactica modo hypotactica sequatur structura (paratactica paulo est crebrior), certi nihil affirmare licet.

And. 618. ς (A deest): *,oh tibi ego ut credam . . .?'*; in *l ,ut'* non est. — Etiam lemmatis lectio per se bonum habet intellectum. Sed ex analogia And. v. 263: *,eine ego ut advorser?' ,ut'* esse tenendum videtur.

Eun. 128. ω: *,et . . . ut tibi credam'*; in *l ,ut'* non est.

Eun. 681. ω: *,ne comparandus hic quidem est ad illum'*; *l ,hic'* om. Lemmate versus non efficitur.

Ad. 749. ω: *,ut video ego tuam ineptiam'*; *l ,ego'* om.

Ad. 755. ω: *,atque ita uti decet'*; in *l ,ita'* omittitur; qua re duplex versu exeunte efficitur iambus, qui cum non unum complectatur verbum neque pes qui antecedit sit solutus, cum metricis legibus pugnat.

Ad. 970. ω: *,Syre eho accede'*; in *l ,eho'* non est; quo omisso metrum turbatur.

Sed aliis locis codices Terentiani iniusta additamenta exhibent, quae in lemmata non irrepserunt:

And. 661. ς: *,ut dicerem me esse ducturum patri'*; *l ,esse'* non habet. Spengel, ut versum efficiat, *,me'* delet Terentium pronomen fere omittere dicens. Sed in participio futuri *,esse'* omitti solet [1]). Itaque cum Umpfenbachio ad lemma est accedendum.

Phorm. 505. ω: *,neque cum . . . tibi usus venit'*; in *l ,tibi'* non est. Re metrica *,tibi'* delere, i. e. lemmatis memoriam sequi cogimur.

And. 358. ς: *,negat vidisse se'*; *l ,se'* non habet. Hic quoque *,se'* subditicium esse re metrica discimus.

b) Additamenta.

E contrario interdum in lemmatis, si codicum confers scripturam, verba supersunt. Pleraque haec verba subditicia sunt nec metro adaptari possunt.

[1]) Cf. Ad. vv. 226, 332, 333, 473, 693, 705, 750, 812. (Kauer.)

And. 580. ς: *,quidnam est'*; *l*: *,quidnam id est'*.

Eun. 385. ω: *,nunc referam gratiam'*; *l*: *,nunciam referam'*. Nunciam, cum sescenties apud Terentium inveniatur, facile potuit irrepere.

Eun. 566. ω: *,primam dices'*; *l*: *,primam esse dices'*. Re metrica *,esse'* delere cogimur [1]).

Eun. 700. ω: *,unde igitur fratrem meum esse scibas'*; *l*: *,unde igitur eum fratrem . . .' ,eum'*, quod in ω non est ex proximo versu, ubi eodem versus loco est, irrepsisse videtur.

Hec. 808. ω: *,opportune te offers'*; *l*: *,te mihi offers'*. Metro non convenit *,mihi'*.

Phorm. 341. ω: *,quod placeat'*; *l*: *,quod magis placeat'*; *,magis placere'* vulgaris sermonis pleonasmus, qualis in comicorum dicendi genere saepe occurrit.

Aliis locis lemmatum quoque lectio in versum convenit:

And. 622. ς (A deest): *,sed sine ad me redeam'*; *l*; *,ad me ut redeam.'* Utrique lectioni nihil obstat [2]).

And. 710. ς: *,quod tibi dieculam addo'*; *l*: *,quod iam tibi'* [3]).

Eun. 849. ω: *,quid faciam? quid mea autem?'*; *l*: *,hem, quid mea autem?'* Neque metrum obstat lemmati neque *,hem'* interiectionem ante interrogationem illam aptissimam esse negari potest. Sed cum etiam in ς haud paucis locis [4]) interiectio illa apud Terentium tritissima supponatur, hic quoque subditicia videtur esse.

Eun. 996. ω: *,cesso huc intro rumpere?'*; *l*: *,cesso ego huc . . .?'*. Similia additamenta etiam in libris interdum occurrunt a commenti lemmatis aliena.

3. Librariorum menda.

Saepissime apud Terentium *,ehem'*, *,hem'*, *,em'* interiectiones occurrunt. Quae quod propter similitudinem et in libris et in lemmatis crebro confunduntur, mirum non est. Quid autem sibi velint et quomodo inter se differant, Hauler in Phormionis editione

[1]) Cf. And. v. 661 (p. 10), ubi *,esse'* similiter in ω irrepsit.

[2]) Cf. And. v. 408, p. 10.

[3]) In lemmate *,diĕculam'* ex lege brevis breviantis est corripiendum aut synicesis vocalium statuenda (osce *zicolom*).

[4]) And. 975 A: *,audistin?'*; ς: *,hem, audistin?'*. Phorm. 786: A C P: *,quid ais?'*; DGEF: *,hem, quid ais?'*. Phorm 790: A: *,vir viro quid praestat?'*; ς: *,hem, vir . . .?'*. Phorm. 873: A: *,quid ais?'*, ς: *,hem, quid ais?'*.

sagaciter exponit adnotationibus ad vv. 375 (*,ehem'*), 52 (*,em'* et *,hem'*), 195 (*,hem'*) [1]).

Ex iis quae vir doctissimus statuit, his locis *,ehem'* scribendum esse sequitur:

Hec. 340. *ω: ,ehem Parmeno, tun hic eras?'; Co* [2]): *„hem Parmeno' ,hem'* interiectio est eius, quae commota sit nova re"; memoriam scholii, nisi subditicium est, ad libri, cui adscriptum fuit, accomodatam esse non abest suspicio.

Eun. 462. A: *,ehem Parmeno'; ς* cum *l: ,hem'*, (F: *,em'*).

Eun. 730. D G: *,hem, Pythias'*; rell. cum *l: ,ehem, Pythias'*.

Phorm. 375. A: *,ehem'; ς* cum *l: ,hem'*.

His autem locis *,hem'* aptum est:

Hec. 347. A C F: *,hem'*, D¹ P: *,em'*, D² E: *,ehem'*; *Co: „hem'* interiectio feminea ac matronalis" [3]).

Hec. 271. *l* cum A: *,em Sostrata'*, *ς: ,hem'* (D: *,ehem'*).

And. 682. C¹ P: *,em'*, *l* cum rell.: *,hem'*.

His denique locis *,em'* scribendum est:

And. 350. *ς* (A deest): *,hem'; Co: „em'* ecce: demonstratio facti."

Hec. 63. A: *,exduxit'*, corr. A³; C D F¹: *,em'*, PEF²: *,hem'*. *Co: „em duxit, ,em'* adverbium demonstrantis est ut *,em alterum'* (Eun. 459)."

And. 604. C¹ P cum *l: ,em astustias'*; C² D G E: *,hem'*.

Eun. 237. C¹ P: *,em'*; *l* cum A et rell.: *,hem'*.

Eun. 459. *l* (ter) cum A P F¹: *,em alterum'*; C D G E F²: *,hem'*.

Eun. 472. *l* cum A P F¹: *,em'*; C D G E F²: *,hem'*.

Hec. 298. *l* et A D¹ C P: *,em'*; D² E F: *,hem'*.

Phorm. 52. *l* cum A: *,em'*; *ς: ,hem'*.

Phorm. 139. G: *,hem'*, E: *,ehem'*, *l* cum rell.: *,em'*.

Phorm. 212. *l* cum A D C P: *,em'*; G E F: *,hem'*.

Praeterea has lemmatum corruptelas nihil esse nisi menda errore orta manifestum est:

And. 187. *ς: ,nam quod'; l: ,nam quae'*.

And. 512. *ς: ,iam prius haec'; l: ,iam primum'*.

---

[1]) Cf. etiam Kauer ad Ad. 559.

[2]) *Co* = in commento, quod ad nos pervenit.

[3]) Cf. haec commenti scholia: Ad. 226. *„hem'* interiectio repentinae rei." Ad. 622. *„hem'* interiectio est novas res et inopinas audientis." Ad. 373. *„hem Demea' hem* interiectio est commoti et quasi perculsi re subita et nova." And. 420. *„hem'* perculsus hoc dicto Byrria interiectione magis quam verbo exclamavit."

And. 574. *ς: ,apparari'; l: ,parari'*.

And. 739. *ς: ,nequod'; l: ,nequid'* [1]).

And. 747. *ς: ,cur tu obsecro'; l: ,cur te obsecro'*.

And. 785. *ς: ,audistin'; l: ,audisti'*.

Eun. 104. *ω: ,sin'; l: ,si'*.

Eun. 258. *ω: ,profueram'; l: ,profuerim'*.

Eun. 356. *ω: ,quodnam'; l: ,quidnam'* [2]).

Eun. 452. *ω: ,tute'; l: ,tu'*.

Eun. 476. *ω: ,tacet . . . laudant'; l: ,tacet . . . laudat'*.

Eun. 477. *ω: ,liberum . . . adulescentem'; l: ,liberos'*.

Eun. 678. *ω: ,nunquam'; l: ,nusquam'*.

Eun. 728. *ω: ,at dum'; l: ,ac dum'*.

Eun. 736. *ω: ,at'; l: ,sed'*.

Eun. 851. *ω: ,id'; l: ,hoc'*.

Ad. 249. *ω: ,reddatur'; l: ,reddat'*.

Ad. 379. *ω: ,placent'; l: ,placet'*.

Ad. 409. *ω: ,lacrimo'; l: ,lacrimor'*.

Ad. 415. *ω: ,omnium'; l: ,hominum'*.

Ad. 497. *ω: ,nitar'; l: ,ita'*.

Ad. 600. *ω: ,illam'; l: ,ipsam'*.

Ad. 731. *ω: ,o Iuppiter'; l: ,proh Iuppiter'*.

Ad. 978. *ω: ,offerant'; l: ,afferant'*.

Hec. 160. *ω: ,mirum'; l: ,miror'*.

Hec. 270. *ω: ,vitii est'; l: ,vitium est'*.

Hec. 300. *ω: ,quod cum'; l: ,quae cum'*.

Hec. 332. *ω: ,introisse'; l: ,introire'*.

Hec. 339. *ω: ,iterum'; l: ,iterumne'* [3]).

Hec. 363. *ω: ,perspexi'; l: ,prospexi'*.

Hec. 437. Alterum *l* cum *ω: ,constitui'*; alterum *l: ,institui'*.

Hec. 498. *ω: ,filiam'; l: ,illam'*.

Phorm. 6. *ω: ,discripsi'* (C P: *,perscripsi'*); *l: ,rescripsi'*.

Phorm. 268. *ω: ,horum'; l: ,eorum'*.

Phorm. 297. *ω: ,vellem quidem'; l: ,vellem equidem'*.

And. 398. *ς: ,alia otiosus quaeret'; l: ,aliam . . .'*. Spengel dicit: *„alia*, er wird sich nach anderem umsehen, um deinem Verkehr mit Glykerium ein Ende zu machen, sei es durch

---

[1]) Paulo ante scriptum est *,siquid'*.

[2]) Aut correctorem quendam *,donum'* ex enuntiato quod antecedit supplendum esse fugit.

[3]) Particula enuntiato minime convenit.

ein neues Heiratsprojekt oder durch andere Mittel. *‚alia‘* ist daher nicht ganz gleichbedeutend mit *‚aliam‘*“. Cum in manuscriptis *m* littera plerumque lineola superscripta significaretur, haec varietas facile oriri potuit. Utra lectio genuina sit, in medio relinquo.

Uno loco mendum, quod in omnes libros irrepsit, a lemmate alienum est:

Eun. 98. *ω: ‚exclusit‘; l: ‚exclusti‘.*

Paucos adicere licet locos, quibus lemmatum corruptelae potius inde repetendae videntur esse, quod scriptor cum socordia quadam poetae verba ex memoria interpretamentis praefixit:

And. 966. *ω: ‚certe, sed quid mihi obtigerit scio‘; l: ‚certe id scio mihi quid obtigerit‘.*

Eun. 658. *ω: ‚nescio qui fuerit‘; l: ‚qui siet‘.*

Eun. 742. *ω: ‚verum enim si‘; l: ‚quae si‘.*

Hec. 480. *ω: ‚segreganda aut mater a me est, Philippe, aut Philumena‘; l: ‚segreganda a me est aut mater Philumena‘.*

Phorm. 1018. *ω: ‚neque postilla umquam attigit‘; l: ‚et non attigit postea‘.*

4. Glossae.

Nonnunquam in lemmatum textum glossae irrepserunt, quarum in libris nulla exstant vestigia.

And. 948. *ω: ‚o lepidum patrem‘; l: ‚o lepidum caput‘.*

Eun. 584. *ω: ‚suspectans‘; l: ‚respectans‘* [1]).

Eun. 601. *ω: ‚obprimit‘; l: ‚occupat‘.*

Ad. 205. *ω: ‚id quoque possum ferre‘; l: ‚id quoque possum pati‘.* Librarium, quod *‚pati‘* in textum potuit irrepere rei metricae neglegentissimum fuisse apparet, nisi forte, ut Wessner suspicatur, supplendum est: „*‚possum [ferre‘.* id est possum] pati.“

Ad. 456. *ω: ‚pater‘; l: ‚parens‘.*

Ad. 712. *ω: ‚ne morae siem‘; l: ‚ne in mora siem‘.*

Phorm. 208. *ω: ‚cum . . . possum‘; l: ‚qui . . . possum‘* [2]).

Phorm. 359. *ω: ‚malitiae‘; l: ‚avaritiae‘.*

Maxime dubia res est in

Eun. 690. *ω: ‚quid egerim‘; l: ‚quid emerim‘.* Lemmatis lectionem, quam argumento optime convenire negari non potest, Bentley et Wagner sequuntur. Fabia in textu quidem ad *ω* accedit, sed

[1]) Hoc uno loco ‚suspectandi‘ verbum apud comicos occurrit (Fabia).

[2]) v. And. v. 646 p. 43.

adnotat: „*‚emerim‘*: Conjecture specieuse d'autant plus que Cicéron semble faire allusion à ce vers ad Att. I 19, 4: *‚ille alter ita nihil est, at plane quid emerit nesciat‘.*“ Varietas igitur perantiqua videtur esse. Utrum re vera genuinum sit, in medio relinquo.

5. Correcturae.

Compluria lemmata correcturas a libris alienas exhibent:

Ad. 780. *ω: ‚quid agis, quo abis?‘; l: ‚quid agis, quid abis?‘ ‚quid‘* pro *‚quo‘*, ut hiatus vitaretur, substitutum esse opinor. Sed quominus *‚quo abis‘* distrahatur (hiatu prosodiaco qui dicitur), nihil obstat.

Phorm. 844. *ω: ‚umerum hunc onero pallio‘; l: ‚humerum exonero pallio‘;* Hauler observat etiam servos, cum extra domum aliquo missi essent, pallio quodam indutos fuisse idque, ut properarent, sustulisse vel succinxisse. Si lemma sequimur, servus, ut celerius progrediatur, pallium detraxisse dicitur, ut nescioquis, cum verba illa non intellegeret, versum emendavisse sibi visus sit.

Eun. 622. *ω: ‚invitat tristis, mansit, ibi illa cum illo sermonem . . .‘; l: ‚invitat tristis mansit ibi cum illa‘.* Hoc lemma, quo versus non efficitur, auctor in scribendo ita mutavisse videtur, ut per se optimum inter lemma et scholion effecerit conexum: „*‚mansit ibi cum illa‘* adulescens scilicet“ [1]).

Hec. 797. *ω: ‚scit sibi nobilitatem ex eo et rem natam et gloriam esse‘;* ad hanc memoriam accedunt scholia: „4 *‚ex eo‘* ex eo utrum ex Pamphilo? an ‚ex eo‘ ex ea re, id est, quod segregaverit vere a se Pamphilum. — 6. *‚rem natam‘* ex patrocinio et amicitia senis; *‚gloriam‘* ex facto raro in meretricibus.“ — Sed scholii primi lemma: *‚nobilitatem ex ea re natam‘* ex scholio 4 natam esse pro certo habeo. Facilior sane lectio hac correctura efficitur: sed librorum et Donati lectionem tenendam esse in promptu est. Accedit, quod *‚nobilitatem . . . et rem . . . et gloriam‘* senili multiloquentiae bene convenire mihi videtur [2]).

Contra uno loco libri Terentiani correcturam a lemmatis alienum sequi videntur:

Eun. 624/25. *ω: ‚voluit facere contra huic aegre: heus inquit puer Pamphilam accerse, ut delectet hic nos. illa exclamat: minime*

[1]) Si ille hoc praeposuerat lemma: *‚mansit ibi illa cum‘*, facile potuit fieri, ut postea neglecto sententiarum interstitio verborum ordo mutaretur.

[2]) Umpfenbach lemma sequitur.

gentium‘. — Ut prior versus metro satisfaciat, Umpfenbach, Dziatzko, Fabia secundum Erasmum scribunt: ‚*puere*‘, quam formam apud Plautum scriptam esse notum est; Bentley scripsit: ‚*puer i*‘. Quo facto iidem viri docti in versu qui sequitur ‚*exclamat*‘ ut verbum suppositum secludunt. — Sed commenti lemmata v. 624 ita tradunt ‚*voluit facere contra huic aegre*‘ — ‚*heus inquit puer*‘ — ‚*accerse Pamphilam*‘; v. 625 ita: ‚*ut delectet hic nos*‘ — ‚*illa exclamat*‘ — ‚*minime gentium*‘. Ad ‚*illa exclamat*‘ scholiasta adnotat: „non ‚*respondet*‘ inquit, sed ‚*exclamat*‘“. Itaque cum etiam Donatus ‚*exclamat*‘ legisse videatur, facere non possum, quin G. Hermanni, ad quem accedunt Fleckeisen et Wagner, sententiam sequar, qui versu 624 ineunte ‚*voluit*‘ iniuria irrepsisse suspicatus hos versus ex lemmatum memoria ita constituebat: ‚*facere contra huic aegre: heus inquit puer, accerse Pamphilam, ut delectet hic nos. illa exclamat: minime gentium.*‘ Librorum Terentianorum textus correctoris manum expertus est: postquam ‚*voluit*‘ glossa in textum recepta est, metri causa ‚*accerse*‘ in proximum versum translatum est. Lemmata, quae ad meliorem auctoris librum pertinere probabile est, habent textum nondum correctum glossa scilicet illa iam addita.

6. Voces et formae.

Quod attinet ad voces et formas, lemmata interdum proprietates sermonis Terentiani vetustas vel vulgares melius servant quam libri Terentiani, sed saepius deteriorem sequuntur memoriam.

Terentium interdum plenis formis ‚siem, siet, sient‘ uti notum est. Qua in re nonnulla lemmata a librorum recedunt memoria:

Eun. 240. ς: ‚*itan parasti te, ut spes nulla relicua in te siet tibi*‘; A: ‚*in te esset*‘, quod errore videtur ortum esse ex hoc: ‚*in te siet*‘; 2 *l*: ‚*in te sit tibi*‘. Fabia inter formas ‚sit‘ — ‚siet‘ sim. has intercedere rationes censet: „Comme en vertue de la loi des mots iambiques, on pourrait scander: ‚*siĕt tibi*‘, et comme le tribraque est admis au 7. pied du trochaique septénaire, elle (la leçon ‚*siet*‘) serait acceptable, s'il n'était pas démontré que Térence n'use pas des formes ‚*siem, sies, siet*‘ ailleurs qu'à la fin du vers ou à l'hémistiche des grands iambiques et trochaiques. Peut-être cependant, cette règle souffre-t-elle quelques exceptions: au début du v. 83 des Ad. les mss. et Don., au 4. pied du vers (sénaire) 637 de l'Héc., les mss. donnent ‚*sient*‘, leçons acceptées par Umpfenbach et corrigées par Dziatzko.

Mais si Térence s'est écarté parfois de sa règle, il n'a dû le faire que là où une raison de métrique l'y poussait: ce serait le cas dans les deux passages que nous venons de citer, au lieu qu'ici le vers était plus normal avec ‚*sit*‘, qui donnait une trochée pour le 7. pied.“ — Sane res ita se habere videtur, quamquam certi nihil affirmare licet; Terentium enim forma plena ‚*siet*‘ temporibus eius nondum inusitata — quam rem E. Stange [1]) inscriptionibus illius aetatis conlatis evicit — omnibus locis uti potuisse constat [2]).

And. 234. ς: (octonario iambico exeunte) ‚*vereor quid siet*‘; quae forma plena metro confirmatur. *l*: ‚*sit*‘; etiam in scholio ad hoc lemma pertinente scribitur ‚*sit*‘, sed in genuino commento fuisse ‚*siet*‘ eo evincitur, quod in scholio ad Eun. 947 affertur ‚*siet*‘. Illius igitur scholii memoriam ad libri, cui adscriptum fuit, accomodatam esse patet.

Eun. 655. ω: ‚*perii. temulenta es. utinam sic sint qui mihi male volunt*‘; *l*: ‚*sient*‘. E re metrica utrumque scribere licet.

Eun. 997. ω (praeter D): ‚*non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum*‘; *l*: ‚*quin mihi magnum malum ex hac re siet*‘. Cum lemmate facit D, nisi quod habet ‚*sit*‘. Etiam lemmate iustus versus efficitur: neque scio an recte conicias in *l* et D sexti saeculi exstare vulgatam lectionem et reliquos codices ς ex Calliopi recensione esse correctas.

Phorm. 822. ω: ‚*quas, cum res advorsae sient*‘; *l*: ‚*sint*‘. Forma plena, ut fere solet, ante diaeresim septenarii iambici est. Lemmatis lectione metrum turbatur.

Nonnullos adicio locos, quibus etiam libri inter se dissentiunt:

Hec. 737. A: ‚*ut non sit*‘, quae lectio una metro satisfacit. ς: ‚*siet*‘. Alterum lemma cum ς: ‚*siet*‘; alterum cum scholio suo: ‚*sit*‘; quam varietatem ad duorum scriptoris librorum discrepantem memoriam referendam esse in promptu est.

Eun. 603. *l* cum ACPF: ‚*sit*‘; DGE: ‚*siet*‘. Res metrica, ut utrumque scribatur, permittit.

Eun. 1061. *l* cum DGF: ‚*sient*‘; ACP: ‚*sint*‘. Versu exeunte propter metrum ‚*sient*‘ scribendum est.

[1]) De archaismis Terentianis, Progr. Wehlau, 1890.

[2]) Cf. Haul.[3], praef. p. 63 adn. 2. — Noetzel, De archaismis qui apud veteres Romanorum poetas scaenicos inveniuntur in finibus aut versuum aut colorum in iambum exeuntium, Diss. Berlin 1908.

e
Hec. 766. ACPE: *,possiem'*; DF: *,possim'*; *l* (bis): *,possim'*, cui lectioni res metrica obstat. Neque hic suspicio abest in *l* et DF sexti saeculi exstare lectionem vulgatam.

Phorm. 773. A: *,possiet'*; ς cum *l*: *,possit'*. Metrum formam plenam confirmat.

Verborum intensivorum vel frequentativorum atque deminutivarum quae dicuntur vocum usus in Plautinis fabulis frequens in Terentianis rarescit. Sed cum intensiva atque deminutiva ex vulgari scilicet sermone sumpta proprium quiddam comici generis dicendi esse viderentur, sponte multis locis pro simplicibus irrepserunt [1]).

a) Deminutiva.

Duobus locis in commenti lemmatis metro repugnante deminutivum pro simplici scriptum videmus:

Eun. 131. ω: *,eius frater aliquantum ad rem est aridior'*; *l*: *,aliquantulum'*.

Eun. 740. ω: *,atqui si illam digito attigerit'*; *l*: *,digitulo'*.

Et in *l* et in ω deminutivum irrepsit, cum simplex restituere re metrica cogamur, in

Eun. 1068. *l* et ω: *,paululum'*.

Eiusdem rei hi testes sunt loci, quibus commenti memoria cum librorum quorundam concordat:

And. 794. *l* cum CPD: *,paulum interesse censes'*; EG: *,paululum'*. Pro scriptura *,paululum'* primi pedis licentia metrica in testimonium vocari potest; sed poetam, cum tam facile posset, hanc difficultatem evitasse consentaneum est.

And. 903. ς cum *l*: *,paululum'*; propter metrum *,paulum'* scribitur.

Eun. 672. ACPF: *,paulum si cessassem . . .'*; DGE cum *l*: *,paululum'*. Metro *,paulum'* confirmatur.

Hec. 506. CG, P, corr., D, corr.: *,quia paulum vobis accessit pecuniae'*; *l* cum AD¹P¹EF: *,paululum'*; quae forma ad versum non convenit.

Phorm. 741. CPDE: *,concede hinc a foribus paulum istorsum'*; *l* cum scholio et AGF: *,paululum'*. Si *,paululum'* scriberetur, quartus pes septenarii trochaici ita compositus esset, ut caesura

[1]) Verborum intensivorum usum ad causas metricas refert Hofmann, De verbis quae in prisca Latinitate extant deponentibus, Diss. Monac. 1910 p. 20 adn. 3.

inter duas breves dactylici pedis caderet, cui rei leges metricae obstant. Igitur forma primitiva restituenda est [1]).

At in duobus commenti lemmatis contraria res observatur [2]): quas quidem corruptelas auctoris aut librarii cuiusdam neglegentiae deberi probabile est.

Hec. 143. ω: *,diebus sane pauculis'* (senario exeunte); *l*: *,paucis'*.

Phorm. 6. ω: *,adulescentulum'* (senario exeunte): *l*: *,adulescentem'*. Sed in scholio 4 cum ω: *,adulescentulum'*.

b) Intensiva.

His locis intensiva pro primitivis verbis scripta indagavi:

Ad. 752. ω: *,tu inter eas restim ductans saltabis probe'*; *l*: *ductitans'*, quae forma cum metro non convenit [3]).

And. 615. ς (A deest): *,ut huic malo aliquam producam moram'*; *Co*: „*,aliquam producam m.'* et *,productem'* [4]) legitur. significat autem differam, protendam, prolatem." Varia illa lectio, quippe quae scholio tradatur, perantiqua videtur esse.

Eun. 605. In scholio cum ω scribitur: *,ostentatam'*; editores metro corrigere coguntur, ut fiat *,ostentam'*.

Eun. 957. *l* cum A, E, corr.: *,minatur'*; CPDFE¹: *,minitatur'*. Per rem metricam utrumque scribere licet.

Phorm. 99. A: *,adiutaret'*; ς cum *l*: *,adiuvaret'*.

Ad. 60. ω: *,venit ad me saepe clamitans, quid agis Micio'*; scholiasta intensivum his verbis confirmat: „et congrue, postquam *,saepe'* dixit, addidit verbum, non dicens *,clamans'*, sed *,clamitans'*." — Kauer, ut versum emendet, pro *,clamitans'* scribit *,clamans'*. Wagner et Spengel *,agis'*, quod in ω et *l* est, ut verbum suppositum delent. Nobis ceteros quoque locos respicientibus cum Kauero esse faciendum videtur [5]).

Quod attinet ad plenae aut imminutae particulae interrogativae usum (-ne aut -n), satis incerta est librorum memoria.

[1]) Quae cum ita sint, etiam in Eun. v. 1075 ,paulum' restituendum esse censeo; ubi ω: *,paululum'*; v. Fabia ad h. v.

[2]) Semel etiam in A similis neglegentia invenitur: Eun. 281, ubi A: *,paulum'*, ς et *l* *,paululum'*, quod metro confirmatur.

[3]) Quamquam ,ducto' aeque atque ,ductito' intensivum est.

[4]) In textu *,productam'* quod perperam scriptum esse apparet pro *,productem'*.

[5]) De intensivis et primitivis inter se mutatis cf. etiam Vahlen, Hermes 43 p. 158; Skutsch, Mus. Rhen. 61 p. 609.

Qua de re Dziatzko[1]) spinosissimas statuit leges, quarum contra nonnullas pugnat P. Schrader, qui de hac quaestione accuratius in Plautinas fabulas inquisivit[2]). Equidem Haulero adsentior, qui neque Terentium neque eos qui fabularum textum recensuerunt, tales argutias observasse censet.

Qua in re nonnulla lemmata a librorum recedunt memoria:

And. 849. *ω: ,mihin ita'; l: ,mihine ita'.* Ex legibus illis lemmatis lectio praeferenda est.

Eun. 380. *ω: ,pergin'; l: ,pergisne'.* Et propter metrum et secundum Schraderum *,pergin'* scribendum est.

Hec. 323. *ω: ,nemon medicum'; l: ,nemone'.* Ex legibus illis cum libris faciendum est.

Phorm. 683. *ω: ,satine est id';* alterum *l: ,satisne id est',* alterum *l: ,satin est id'; ,satine'* praeferre iubemur.

Terentium saepe vetustiores formas *,potis est', ,potis erat'* sim. scripsisse constat[3]): pro quibus interdum recentiores *,potest', ,poterat'* sim. in libros irrepserunt.

Eun 113. *ω: ,neque scibat neque per aetatem etiam potuerat'; l: ,poterat'.* Bentley emendavit ac scripsit *,potis erat'*, quae correctura lemmate confirmatur. Primum facile potuit fieri, ut pro *,potis erat'* recentior forma *,poterat'* scriberetur; deinde, ut metrum expleretur, sensu scilicet neglecto in *,potuerat'* mutatum est.

Hec. 479. *ω: ,neque alio pacto componi potest inter eas gratia'; l: ,potis est'.* Bentley: *,potis inter eas gratia est';* Umpfenbach: *,potis inter eas gratia'* [4]).

Phorm. 290. *ω: ,qui nominat me'; l: ,quis'.* Priscis Latinae linguae temporibus *,quis'* et *,qui'* interrogativa sine ulla differentia usurpantur[5]). Lemma recentiorem scribendi usum sequitur.

Hec. 204. *ω: ,si ullus est'; l: ,si quis est'.* Hic quoque lemma ex usu recentiore esse mutatum videtur.

Ad. 472. *ω: ,venit ipsus ultro lacrimans orans obsecrans'; l: ,ipse'.* — Sommer, 460: „Sehr häufig steht neben ,ipse' im älteren Latein ,ipsus', bei Plautus im Verhältnis zu ,ipse' weit öfter als

[1]) v. Haul.[3] app. crit. ad v. 210. [2]) Diss. phil. Argent. VIII 257.

[3]) cf. Haul.[3] adn. ad v. 379; Sommer, Handbuch der lat. Laut- und Formenlehre p. 579; Lindsay-Nohl, Die lat. Sprache p. 627 sq.

[4]) Apud Plautum saepe *,potis', ,pote'* verbo substantivo omisso leguntur, sed cf. Hauler ad Phorm. 337.

[5]) cf. Fabia ad h. v.; Sommer p. 463.

bei Terenz, dann erst wieder spätlat. . . . ." [1]). Comicum hic, ut hiatum vitaret, *,ipsus'* forma usum esse arbitratur Kauer. Etiam cum lemmatis lectione, si posteriorem *,venīt'* syllabam producamus, versus efficiatur iustus. Sed Terentium, quem hac syllaba rarissime uti longa constat, difficultatem forma *,ipsus'* scripta evitavisse consentaneum est. Lemma igitur ex recentiore usu mutatum est.

Contra in And. 360 *l* cum C[2] D G habet *,ipsus'*; C[1] P: *,ipse'*.

7. Res syntacticae.

Interrogationibus ineuntibus in comicorum genere dicendi ad particulas *,quis, quid'* saepe *,-nam'* adiungitur: quae iunctura comicum quiddam et Terentianum[2]) esse videbatur. Hinc factum est, ut nonnumquam pro *,quis, quid'* irreperent etiam metro repugnante *,quisnam, quidnam'*. Quam rem haec testantur lemmata:

And. 267. (A deest) *ς: ,quis hic loquitur'* (ineunte octonario iambico); alterum *l: ,quis hic';* alterum *l: ,quisnam hic'*, quae lectio ad versum non convenit.

And. 746. *ς: ,quid dicam aliud nescio'; l: ,quidnam aliud dicam';* hic quoque lemmati metrum obstat.

Quod cum ita sit, eandem rem accidisse censeo in Phorm. 183, ubi A[1] exhibet: *,quid illic'; l* cum A[3] *ς: ,quidnam illic';* utraque autem lectio metro satisfacit.

Haud raro ut in vulgari sermone ita in comicorum genere dicendi interrogationes particula interrogativa carent. Ita facile potuit fieri, ut particula addita variae orerentur lectiones:

Eun. 952. *ω: ,virginem . . . scis eam hic civem esse?'; l: ,scin.'* Perfacile sane in hoc enuntiato particula desiderari atque addi poterat.

Hec. 547. *ω: ,adeon me esse pervicacem censes . . .?'; l: ,adeo me . . . .?'.* Lemma, quod particulam non habet, nisi forte librarii mendum est, integrum videtur esse.

Ad. 697. A: *,obsecro, nunc ludis tu me?'; l: ,num ludis tu me?';* D G: *,num ludis tu nunc me'*, C P F: *,num ludis nunc tu me'*. Bembinus integram servat lectionem. Interrogatione autem

[1]) cf. Haul.[3] praef. p. 62; Kauer ad Ad. vv. 78, 328.

[2]) Cf. schol. ad And. 235: „*,numquidnam'* hoc comicum et Terentianum *,numquidnam'*, cum exceptis *,num'* et *,nam'* sufficere ad interrogationem potuisset *τὸ ,quid'*."

ineunte atque simillimo vocum sono varia lectio *‚num ludis tu me'*, quae est in lemmate, iam mature videtur orta esse. Deinde in Calliopiana recensione duae in unam contrahuntur lectiones, quae utrumque tenet verbum, quorum alterum (*‚num'*) ineunte servari interrogatione est consentaneum, alterum variis ponitur locis.

Alio loco particula in lemmate omittitur:

Phorm. 923. *ω: ‚quodne ego discripsi . . .'; l: ‚quod ego . . .'*. Sed hic particula enuntiato relativo insolenter additur [1]).

Verbum *‚posse'* apud Terentium modo absolute et inpersonaliter modo personaliter usurpatur [2]). Hae duae structurae commiscentur in locutionibus *‚quantum potest'* et *‚quantum potes'*, quae in libris saepe confunduntur. Qua in re duo lemmata a librorum recedunt memoria:

And. 861. *ς: ‚quantum potes'; Co: „‚quantum potest'* hoc est celerrime."

Ad. 350. *ω: ‚quantum potes'; l: ‚quantum potest'*.

Sed Eun. 377 et Phorm. 674 A habet: *‚quantum potest'*; ς cum *l: ‚quantum potes'* [3]).

And. 823. *ς: ‚immo enim nunc quam maxime abs te oro atque postulo'; l: ‚immo enim nunc cum maxime abs te postulo'*. Spengel haec adnotat: „Die Formel *‚nunc quom maxime'*, in ihrer Entstehung elliptisch zu erklären: „jetzt so, wie es dann zu sein pflegt, wenn es am allermeisten geschieht" — hat Terentius noch Hec. 115: *‚amabat ut quom maxime tum Pamphilus'*; Ad. 518: *‚nunc quom maxime operis aliquid facere credo'*; Phorm. 204: *‚opus est nunc quom maxime ut sis'*". Lemma igitur integram servat lectionem: *‚nunc cum maxime'* neque minus iustum verborum ordinem: *‚postulo atque oro'*, quo, ut fere solet diaeresis post quartum pedem versus quadrati efficitur. In codd. Ter. cum ordine verborum inverso versus iusta caret caesura, tum ex usu recentiore [4]) mutatum est: *‚quam maxime'*.

---

[1]) v. Spengel ad h. v.

[2]) cf. Hauler ad Phorm. vv. 303, 478, 674; Kauer ad Ad. 350; Fabia ad Eun. 377.

[3]) Itaque non abest suspicio usum absolutum ad meliorem, personalem ad deteriorem redire memoriam.

[4]) Sane apud Ciceronem locutio illa etiam identidem invenitur.

Eun. 297. *ω: ‚ecce autem alterum'; l: ‚ecce autem alter'*. Apud comicos *‚ecce'* cum accusativo coniungi solet [1]), optimis linguae Latinae temporibus cum nominativo est. Hic accusativus etiam metro confirmatur.

Hec. 704. *ω: ‚credo non tollet'; l: ‚credo non tolli'*. Corrector quidam ex ‚credendi' verbo infinitivum pendere oportere censuit.

Nonnumquam pro indicativo modo ex vetusto vel vulgari usu a poeta comico adhibito in lemmatis est coniunctivus, qui plerumque correcturae ex usu recentiore factae debetur:

And. 372. *ω: ‚quasi necesse sit, si huic non dat, te . . . ducere'; l: ‚si . . . det'*.

Hec. 509. A: *‚ut alii, si huic non est, siet ;* ς cum *l: ‚si . . . sit'*.

And. 839. *ς: ‚cum praesenserat'; l: ‚cum . . . senserit'*.

And. 448. *ς: ‚sed est quod succenset tibi'; 2 l: ‚succenseat'*. Hanc locutionem *‚est quod'* etiam Hec. 273, 733, Eun. 5 al. indicativus sequitur.

At in And. 981. *l* (bis) cum D G E: *‚si quid est quod restat'*; rell.: *‚est quod restet'*.

Aliis locis levidenses reperiuntur varietates:

Hec. 76. *ω: ‚senex si quaeret me'; l* (quinquies): *‚quaerat'*. Eadem res est.

And. 155. *ς: ‚si . . . nolet ducere'; Co: „‚nolit'* legitur et *‚nolet'*." Spengel adnotat: „*‚si nolit'*: gesetzt den Fall, daß . ., während *‚nolet'* das Eintreten dieses Falles als wahrscheinlich voraussetzen würde." Utrumque scribi potest.

Eun. 705. *ω: ‚credis huic, quod dicat?'; l: ‚quod dicit'*. Editiores *‚dicat'* coniunctivum potentialem putant. Ne lemmatis quidem lectioni quicquam obstat.

Sermo Terentianus, quippe qui ad cotidiani neglegentiam accedat, in temporum rationibus definiendis, si accuratissimum recentioris aetatis confers scribendi usum, aliquanto est liberior. Itaque nonnumquam, ubi ex optimorum temporum usu futurum aut praeteritum desideratur tempus, in comici genere dicendi invenitur praesens, quo adhibito etiam nescioquam vim atque aciem dictioni inferri intellegas. Sed cum haec ‚*ἐνάργεια* praesentis temporis' [2]) a posteriore scribendi usu aliena esset, in libris saepe pro praesente futurum aut praeteritum irrepsit.

[1]) cf. Fabia ad Eun. 79. [2]) v. schol. ad Hec. 174.

Commenti scholia, quantum video, huius proprietatis rationem habent:

Hec. 174. ADF: *,relinquit'*; CPE: *,reliquit'*; *Co: „,relinquit' ἐνάργεια* praesentis temporis. legitur et *,reliquit'*." Haec: „legitur et *,reliquit'*" subditicia esse Wessner inclinatis litteris significat: quae verba commenti auctorem, cum in deteriore eius libro perfectum esset, addidisse apparet.

And. 485. In scholio cum D^1E: *,mox ego huc revertor'*; D^2CPG: *,revertar'* [1]).

And. 171. In scholio ad Ad. 167 pertinente citatur cum CG: *,i prae sequor'*; DPE: *,sequar'*.

Phorm. 322. G: *,quid agis'*; rell. cum A: *,quid ages'*. *Co: „,quid agis'* non interrogantis, sed metuentis est hoc dictum." Scholiastam quoque praesens legisse pro certo habebis, si contuleris scholion ad Phorm. 217: „*,ah quid agis'* ut perturbati intercessoris est dicere *,quid agis'* ut alibi (And. 134) *,mea Glycerium, quid agis, cur te is perditum?'*"

Lemmata perpauca praesens servant:

And. 920. *ω*: *,si perget . . dicere . ., audiet'*; *l*: *,si . . pergit'*. Lemma, nisi librarii mendum habet, integrum videtur esse.

Phorm. 210. *l* (bis) cum A: *,quid si adsimulo'*; ς: *,adsimulabo'*. Futurum, quamquam cum metro minime convenit, in omnes codd. ς irrepsit [2]).

Sed plurima ex recentiore usu mutata sunt:

Ad. 509. A: *,. . licentia . . evadit in . . . malum'*, schol. Bemb. interpretatur: *,ascendit'*; ς: *,evadet'*; *Co*: „*,evadet'* per ardua et interrupta veniet" [3]).

Ad. 769. ACPEF: *,iam tu verba fundis . . .'*; D^1G: *,fundes'*; *Co*: „*,fundes'* utrum sine ulla cessatione proferes an perdes?" [3]).

Ad. 816. A et Gloss. Ter.: *,de summa nihil decedit'*; ς cum *l*: *,decedet'* [4]).

Hec. 736. D cum *l*: *,si . . . dices'*; rell. cum A: *,si . . . dicis, nihil . . . est'*.

[1]) Spengel adnotat: „Das praes. statt des fut. aus der Umgangssprache; so mit ,mox' Plaut. Bach. 880: ,quam mox dico': mit ,cras' Eun. 330: ,cras est mihi iudicium'." cf. etiam Eun. 788: ,quam mox inruimus'. — Sjögren, Gebr. d. Fut. im Altlat. p. 71; Lindsay, Syntax of Plautus p. 58.

[2]) cf. Plaut. Rud. 939.

[3]) Scholiastam quoque futurum legisse ex scholio collegerit fortasse quispiam. Sed nonne etiam praesens futuro erat interpretandum?

[4]) v. Kauer ad h. v.

Ad. 774. A^3: *,potatis'* (A^1 perperam: *,potis'*); ς: *,potasti'*; *l*: *,potastis'*.

Phorm. 441. ACE: *,quanta cura . . . adficit'*; PDGF cum *l*: *,adfecit'*, quod cum metro non convenit.

Futurum exactum, quod e coniunctivo aoristi originem habere existimant [1]), antiquis linguae Latinae temporibus nihil nisi futuram actionem significavisse constat:

Eun. 307. A: *,nunc te Parmeno te ostendes, qui vir sies'*; CPG: *,nunc Parmeno te ostendes'*; D: *,nunc te Parmeno ostendes'*; E: *,Parmeno nunc te ostendes'*; *l*: *,ostenderis, qui vir sies'*. Si librorum probatur lectio *,ostendes'*, ut versus efficiatur emendatus, coniectura opus est [2]). Itaque Terentium futurum exactum, quod iam Bentleius commendavit, scripsisse pro certo habeo, de cuius usu Kauer ad Ad. v. 127 haec adnotat: „Das fut. exact. steht sonst bei den Komikern sehr oft in Hauptsätzen, um das Abgeschlossene, rasch und sicher Eintretende der zukünftigen Handlung auszudrücken; vgl. P. Thomas zu Hec. 700, Draeger I^2, 284 ff. Manchmal dürfte jedoch auch wie hier die für den Versschluß bequemere Form für die Wahl des fut. exact. entscheidend gewesen sein: s. Haul. zu v. 220."

Neque plus habent ponderis, ut in vulgari sermone, ita in comico genere dicendi accuratissimae illae posterioris usus scribendi leges, quae ad consecutionem temporum spectant:

Eun. 570 sqq. *ω*: *,. . . submonuit, ut . . . mutem et iubeam . . . . ut caperes . . . viderem, audirem, essem . .'*; *l*: *,capias'*. Aoristo *,submonuit'* antecedente et pro *,mutem, iubeam'* et pro *,capias'* ex consecutionis temporum legibus imperfectum desideramus, sicut paulo post *,viderem, audirem, essem'* legimus. Sed similis temporum mutatio — praesens vulgaris sermonis esse proprium videtur — etiam alibi apud comicos invenitur: ut exempla afferam: Plaut. Mil. 130: *,cepi tabellas . . dedi mercatori cuidam, qui ad illum deferat, . . . ut is huc veniret'*; Asin. 425 sq.: *,triduom hoc unum modo foro dedi operam adsiduam, dum reperiam, qui quaeritet argentum'* (Fabia). Igitur per suum dicendi usum et *,capias'* et *,caperes'* poetae scribere licuit.

Hec. 7. *ω*: *,voluit iterum referre, ut iterum possit vendere'*; *l*: *,posset'*. Lemma ex iusta consecutione temporum correctum esse manifestum est.

[1]) cf. Sommer p. 623. [2]) v. Fabia ad h. v.

Phorm. 382. ω: *‚proinde expiscare, quasi non nosses‘; l: ‚noris‘.* Cum Haulero facio, qui plusquamperfectum ex rectae orationis modo (*non nossem?*) explicari censet. Corrector aliquis, ad quem lemmatis lectio redit, ex consecutione temporum versum emendasse sibi visus est. Eadem res observatur

Phorm. 388, ubi A: *‚quasi non nosses‘;* ς cum *l: ‚noris‘.*

Si summam respicimus, in commenti lemmatis duplicem memoriam et miserrimam et satis bonam latere evicisse mihi videor. Illam ad sexti saeculi vulgatam quae dicitur editionem referendam esse supra coniecimus; hanc ad unum ex melioribus aetatis illius libris, quorum e parvo numero solus Bembinus exstat, redire consentaneum est. Donatum quoque librum melioris illius memoriae secutum esse iam scholiorum memoria discemus.

B. De scholiorum memoria.

Ex tota quae ex commenti scholiis elicitur materia haec efficiuntur:

I. Saepenumero scholia ab omnium librorum Terentianorum recedunt memoria: quorum lectiones maiorem partem integrae sunt vel ad integrum textum restituendum multum valent.

II. Multis locis Bembini memoriae consensus librorum ς adversatur: scholia modo ad Bembini, modo ad librorum ς accedunt lectiones, sed ita, ut plerumque integram sequantur memoriam.

III. 1. Persaepe pars quaedam librorum ς cum Bembino consentit, altera pars variam sequitur memoriam: scholia plurima ad Bembini partem accedunt: ubi autem cum altera parte faciunt, plerumque huius est integra memoria.

2. In maiore Andriae parte Bembini memoria caremus: hic quoque scholia plerumque ad eos Calliopianae recensionis accedunt libros, quorum est integra memoria.

Quae cum ita sint, genuini commenti auctorem libro optimo, etiam Bembino antiquiore atque meliore usum esse colligere licet.

A quo quamquam corruptelas omnino alienas fuisse minime censeo, tamen corruptas scholiorum lectiones maximam partem commenti fatis ortas esse arbitror. Quae in ipsis scholiis adferebantur poetae verba, ea fere non mutata in vulgatae editionis margines translata esse videntur: ita explicatur, quod tam saepe lemmata deteriorem, scholia meliorem sequuntur memoriam. Sed nimirum procedente tempore lectiones in scholiis citatae interdum

ad libri, cui adscripta erant, memoriam accomodatae sunt [1]): hoc modo nonnunquam etiam in scholia pravae lectiones irrepserunt. Deinde paulatim genuinis etiam alia scholia diversae originis addita sunt: quae recentioris libri memoriam sequi per se patet.

I. Saepenumero scholia ab omnium librorum Terentianorum recedunt memoria: quorum lectiones maiorem partem integrae sunt vel ad integrum textum restituendum multum valent.

1. Neglegenter citata.

Primum nonnulli secludendi sunt loci, quibus scholiorum corruptelae inde videntur ortae esse, quod scholiasta poetae verba ex memoria citavit aut cum socordia quadam exscripsit:

And. 45. schol. Ad. 952 citatur: *‚uno verbo dic, si quid est, quod me velis‘;* hic *‚si‘* per errorem additur, quod in schol. And. 108, ut in ς, non est.

And. 177. ς: *‚qui postquam . . .‘;* schol. And. 241: *‚posteaquam‘.*

And. 213. ς: *‚aut si lubitum fuerit‘;* schol. And. 862: *‚ut si . . .‘.*

And. 506. ς: *‚hoc ego scio unum, neminem peperisse hic‘;* schol. And. 891: *‚hoc ego scio, neminem p. h.‘. (l: ‚ego unum hoc scio neminem‘).*

Eun. 104. schol. Eun. 200 transponitur: *‚si vanum aut falsum aut fictum est‘.*

Eun. 648. ω: *‚ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico‘;* schol. Eun. 740: *‚ut ego illi facile in oculos involem venefico‘.*

Ad. 206. schol. Hec. 840: *‚quando eum quaestum occeperis, accipienda et mussitanda iniuria est adulescentium‘;* ω: *‚quando . . . inceperis, . . . adulescentium est‘.*

Ad. 530. ω: *‚hisce opera ut data sit‘;* schol. Eun. 281: *‚haec opera ut data sit‘.*

Ad. 663. ω: *‚immisericorditerque atque etiam si est pater dicendum magis aperte, inliberaliter‘;* schol. Phorm. 371: *‚atque etiam si est dicendum magis‘;* schol. And. 38: *‚et si est pater dicendum magis aperte‘. (l: ‚et si est dicendum pater magis aperte‘).*

Ad. 988. schol. And. 251: *‚quod te illi facilem et festivum putant, id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et iusto, sed ex indulgendo atque assentando et largiendo Micio‘;* ω: *‚. . . . ex aequo et bono, sed ex adsentando, indulgendo et largiendo Micio‘.*

[1]) Quae res cum in scholiis ad versus alios vel remotos vix acciderit, horum lectiones maiorem habere fidem elucet.

Hec 5. *ω: ‚nunc haec plane est pro nova‘;* schol. Ad. 346: *‚haec‘* omittitur, sed schol. Hec. 37: *‚haec‘* est.

Hec. 261. *ω: ‚graviter laturum‘;* schol. Hec. 297: *‚aegre laturum‘;* quod mirum non est, cum, quod in hoc versu est: *‚aegre ferre‘*, a scholiasta explicetur.

Phorm. 7. *ω: ‚cervam videre fugere et sectari canes‘;* schol. Eun. 426 versus citatur *‚et‘* omisso.

2. Transpositiones.

Perpaucis locis in scholiis poetae verba transposita sunt; quae levidenses varietates, si omnino ad Donati librum redeunt, cum in codd. Ter. saepe verba transposita sint, offendere non possunt.

Eun. 119. *ω: ‚ego cum illo, quocum tum uno rem habebam hospite‘;* schol.: *‚uno tunc‘; (l: ‚uno tum‘).* Verborum ordine mutato, cum librorum versus habeat caesuram penthemimeren, commenti caesuram mediam, versus minoris elegantiae efficitur. Fortasse transpositio inde est derivanda, quod *‚tunc‘* pro *‚tum‘* scriptum est [1]). Quod si est, scholiasta vel qui transposuit rei metricae habuit rationem.

Eun. 337. In scholio cum *l* transponitur: *‚Chaerea tibi dico‘*, qua re metrum turbatur. Sed cum Wessner haec verba ex lemmate in scholio suppleverit, certe est dubium, num etiam in scholio hic fuerit ordo. Si re vera fuit, scholii lectio ad lemmatis accomodata esse videtur.

Ad. 396. *ω: ‚aut non sex totis mensibus‘;* schol. Hec. 217 cum *l: ‚totis sex‘;* schol. Hec. 541: *‚ac non totis (sex) mensibus prius olfecissem . . .‘.* E re metrica utrumque scribere licet.

3. Librariorum menda.

Nonnullae scholiorum varietates, quae iam in Donati libro fuisse videntur, librariorum mendis ortae sunt; similes corruptelae in libris Ter. satis crebro reperiuntur.

Eun. 718. *ω: ‚Parmenonis tam scio esse hanc technam quam me vivere‘; Co: „‚Parmenonis istam scio esse technam quam me*

[1]) Etiam alibi in commento *‚tunc‘* pro *‚tum‘* est: And. 632. *ς: ‚tum coacti‘, l: ‚tunc‘;* Eun. 485. *ω: ‚si tum recipitur‘, l: ‚tunc‘;* Hec. 186. *l: ‚tunc nescio‘* cum E F, rell.: *‚tum‘*. Sed Hec. 345 *l* cum A D E F: *‚tum filius‘*, C P: *‚tunc‘*.

vivere‘ deest ‚magis‘, ut sit: magis scio quam me vivere.“ Corruptelae dittographiam syllabae *‚— is‘* esse causam facile est intellectu; deinde metri causa *‚hanc‘* deletum est.

Eun. 1063. *ω: ‚edico tibi‘;* schol. cum *l: ‚edico hoc tibi‘*. Non abest suspicio scholii lectionem ad lemmatis, i. e. ad libri, cui adscriptum erat, accomodatam esse.

Eun. 402. *ς: ‚verum‘;* A: *‚vero‘;* schol.: *‚vere‘* [1]).

Ad. 676. *ω: ‚ridiculum‘; Co: „‚ridicule‘* vocativus casus est ab eo, quod est ridiculus.“ Cum etiam alibi apud Terentiam (And. 712, Eun. 452, Phorm. 902) *‚ridiculum‘* atque simili modo saepe dicatur *‚certum‘, ‚verum‘, ‚factum‘*, quae locutiones vulgaris scilicet sermonis sunt propriae, librorum lectionem integram esse apparet.

Contra aliis locis in libros menda irrepserunt, quae a Donati libro aliena fuisse scholia testantur.

And. 204. *ς* (A deest): *‚sed dico tibi, ne temere facias‘;* schol. And. 495: *„‚edixi tibi‘* hic illud redit *‚edico tibi, ne temere facias‘*.“ Spengel suo iure librorum corruptelam: *‚fallis sed dico‘* pro *‚fallis edico‘* ex litterarum *s* et *d* dittographia ortam esse censet [2]).

And. 351. *ς: ‚hem‘, libero‘; Co: „‚em‘* ecce: demonstratio est facti.“ *‚hem‘* et *‚em‘* interiectiones in libris saepe confunduntur [3]).

4. Duobus locis scholia poetae verba aliter atque libri inter singulas personas distribuunt:

And. 754. *ς:* ‚My. *male dicis.* Da. *unde est? dic clare‘; Co:* „1. *‚male dicis‘* cum contemptu loqueris, convicium facis. apparet ergo *‚maledicis‘* lentius dictum esse, cum dixerit *‚dic clare‘*. 2. *‚maledicis‘* nove ‚maledicis‘ pro comminatione posuit, cum pro convicio poni soleat. nisi forte quia contumeliae genus est comminatio. 3. Quidam putant esse unam personam Davi scilicet dictum superius Mysidis non satis manifestum Chremi in maledicti similitudinem derivantis.“ Scholion 3 ad scholion quoddam Donati libro adscriptum redire videtur; in Donati textu haud dubie verba eodem modo singulis personis adsignata erant atque in libris Terenti. Cum illis, quos totum Davo adscripsisse scholion 3 testatur, faciunt Umpfenbach, Fleckeisen, Spengel, qui *‚male dicis, unde est‘* coniungenda esse censet [4]). Sed Donati et librorum lectioni, si *‚male dicis‘* idem valere censemus

[1]) v. Fabia ad h. v. [2]) v. Spengel app. crit. ad h. v.
[3]) cf. quae de hac re p. 12 contuli. [4]) v. Spengel adn. et app. crit. ad h. v.

ac: male loqueris; i. e. mala sunt verba tua, nihil obstare mihi videtur.

And. 906. *Co:* „*‚salvus sis Crito‘* ne laboret ad persuadendum, miro compendio poetae iam Crito notus est Chremi.“ ω Critoni advenienti: *‚salvos sis Chremes‘*. Utraque lectio bonum habet intellectum et difficile est dictu, utra genuina sit.

5. Glossae.

Notum est saepe in libris ς, interdum etiam in Bembino glossas pro genuinis lectionibus in textum irrepsisse. Donati liber in condicione etiam meliore fuisse videtur:

Uno loco scholion glossam a libris alienam exhibet, quam ad Donatum non redire nullum est indicium:

Ad. 125. ω: *‚pater esse disce ab illis qui vere sient‘; Co:* „*‚pater esse disce ab aliis‘* superbum fuerat *‚a me‘* dicere; melius ergo *‚ab aliis‘* dictum est.“ Quamquam ex scholii lectione nulla oritur difficultas, tamen, cum Demeae animi indoles tam acerba atque severa sit, acrius illud et ad certam magis personam spectans *‚illis‘* integrum esse censeo. Quod si est, *‚aliis‘* pro glossa irrepsisse videtur.

Contra compluribus locis, quibus in librorum textum glossae irrepserunt, Donati integram fuisse memoriam scholia testantur:

And. 331. ς (A deest): *‚promereat‘; Co:* „*‚cum is nihil mereat‘* ‚merere‘ est aliquid mercedis pro labore sumere, cum dicimus: nihil meretur, hoc intellegitur: nihil mercedis dignus est accipere. — vel alio modo dicitur *‚cum is mereat‘* i. e. praestet . . .“. Si contuleris scholion Ad. 201: „*‚bene promeruit‘* . . . . *‚promeruit‘* adiuvit, profuit, cui contrarium est commeruit; nam *‚mereri‘* et *‚promereri‘* est praestare beneficium . . . .“, facile intelleges in libros quamvis metro repugnante pro *‚mereat‘* glossam irrepsisse *‚promereat‘*. Bentleium, qui ex Donato *‚mereat‘* scripsit, omnes editores sequuntur.

And. 670. ς: *‚hac non successit, alia adgrediemur via‘; Co:* „*‚alia adoriemur‘* adoriri proprie dicitur repente ex insidiis aliquem invadere.“ *‚adgrediemur‘* glossam esse apparet.

And. 728. ς: *‚quia, si forte opus sit ad erum iusiurandum mihi‘; Co:* „1. *‚quia si forte opus sit ad erum i. m.‘* sic locutus est, ut explicari atque intellegi non possit; aut enim deest ‚ius‘, ut sit: ‚ius iurandum‘ — 2. *‚iurandum‘* pro ‚iusiurandum‘ — aut ut vulgo dicitur iuramentum. 3. Et opus est illam rem, non opus est illa re.“ Bentley, quem Umpfenbach, Fleckeisen, Spengel sequuntur, scripsit: *‚iurato‘*, cui correcturae etiam scholion 3 obstat. Mea quidem sententia nihil relinquitur, nisi ut poetam *‚iurandum‘*, quod haud dubie Donatus legit, pro *‚ius iurandum‘* scripsisse ponamus. Quod si est, in librorum textum glossa irrepsit.

Hec. 35. ς (A deest): *‚comitum conventus, strepitus, clamor mulierum‘; Co* pro *‚strepitus‘:* „*‚studium‘* certamen diversis faventium.“ Mihi quidem *‚strepitus‘* glossa videtur esse; nam quomodo *‚studium‘* pro *‚strepitus‘* scribi potuerit, mihi non liquet.

Hec. 547. *Co:* „*‚censes cui mater siem‘* deest *‚ei‘* vel *‚circa eam‘*.“ ς cum A¹: *‚cui mater siem‘*; A³: *‚cum ei mater siem‘*. Scholiasta haud dubie *‚cum mater siem‘* legit; quam genuinam esse lectionem veri est simillimum. Nam cum in hoc enuntiato — quam rem scholion testatur — *‚ei‘* desideraretur, facile potuit fieri, ut aut *‚ei‘* pro glossa superscriptum in textum irreperet (A³) aut *‚cum‘* mutaretur in *‚cui‘* (A¹ ς).

Saepenumero scholiis variae lectiones notantur; quarum satis magnum numerum ad ipsius Donati librum variis lectionibus ornatum redire probabile est; sed haud raro, praesertim ubi nihil nisi „*legitur et* ‚. . . .‘“ scriptum videmus, auctorem ipsum commenti, cum duo eius libri discreparent vel in altero varia lectio adscripta esset, scholiastae exemplum secutum varietatem notasse iure suspicari videmur.

Quae cum ita sint, hic duas scholiorum varietates satis ineptas ad eius librorum discrepantem memoriam referre licet:

And. 202. ς: *‚nil circumitione usus es‘; Co:* „*‚usus es‘* legitur et *‚usor es‘*.“

Hec. 159. ω: *‚. . . voluptati obitus . . . siet‘; Co:* „*‚voluptati obitus‘* . . . . legitur et *‚voluntate obitus‘*.

Aliis locis ambae lectiones iam in Donati libro fuisse videntur, atque ita quidem, ut aut integra lectio in textu, glossa pro varia lectione adscripta esset, aut glossa iam in textum irrepsisset, integra pro varia lectione servaretur. Utro autem statu memoria tum fuerit, scholia accurate indicare vix credibile est.

And. 1. ς: *‚appulit‘; Co:* „*‚appulit‘* in secunda lectione *‚attulit‘* fuit: sed *‚appulit‘* magis, nam postea sic: *‚animum ad uxorem appulit‘*“ [1]).

[1]) cf. Könighoff, De scholiastae in Terentium arte critica p. 9.

And. 8. *Co:* „*animadvertite*' legitur et *'attendite*'. unde est manifestum et *'attendite*' et *'advertite*' non esse plenum, nisi addideris *'animum*'." In scholio 4 cum ς: 'animadvertite'; Nonius: 'attendite' [1].

And. 40. ς: *'haud muto factum'; Co:* „2. *'haud muto f.'* vetuste: non me paenitet facti, nam si quid paeniteret, infectum velle dicebant. 3. Legitur 'muto'. — 6. *'haud muto factum*' legitur et *'multo*'. hoc est: damno, reprehendo. quod si est, sic intellegeretur, non *'nollem factum':* nemo enim potest factum infectum reddere. 7. Sed adverbialiter dixit, ut dicimus 'nollem hu[n]c exitum'. 8. Ergo *'haud muto factum*' non me paenitet facti." — Conferendus est Ad. v. 775, ubi D^1 G: *'sane nollem huc exitum'; l* cum ACPD^2EF: *'nollem hunc exitum*'. Vide quae de hoc usu Hauler ad Phorm. v. 432 exponit. Posterioribus temporibus, a quorum genere dicendi talis participii usus abhorreret, *'factum', 'exitum*' sim. pro substantivis esse existimabantur. Inde in Adelphorum versu orta est correctura illa *'hunc exitum'*, in Andriae loco varia illa lectio *'multo factum'*; quae utrum iam in Donati libro fuerit an cum scholio 6 postea addita sit, in medio relinquo.

And. 167. ς: *'restat Chremes, qui mihi exorandus est'; Co:* „*'qui mihi exorandus*' legitur et *'expurgandus*', si *'expurgandus', 'cui*' lege, non *'qui*', quia et *'cui*' per *q* veteres scripserunt" [2]. — Sane Pamphilus apud Chremetem propter amorem, quem habuit, expurgandus esse videtur Simoni. Itaque haec quoque lectio bonum habet intellectum [3]).

And. 287. ς: „ . . . *quam illi . . . utraeque inutiles . . sient'; Co:* „*'utraeque utiles*' legitur et *'inutiles sient*'." Lemmatis lectionem, quippe quae, qualis exstat, neque metro neque argumento conveniat, non *'utiles*', sed *'futiles*', fuisse suspicor. Quod si est, utrum *'futiles*' an *'inutiles*' glossa habenda sit, difficile est dictu.

---

[1]) Eadem varietas Eun. 44, ubi A C: *'animum attendite*' (C in marg. *'advertite*'), D G E: *'animum advertite*', in commento autem legitur; „*animadvertite*' nos ἐλλειπτικῶς dicimus 'advertite' et 'attendite', veteres plene 'animum advertite'." v. Spengel app. crit. And. 8; Könighoff p. 9.

[2]) cf. Sommer § 8, 5.

[3]) Fortasse *'expurgandus*' ut 'lectio difficilior' integra habenda est. Quod si est, si olim in manuscriptis dativus *'cui*' (quoi) per *q* scriptum erat, *'exorandus*' facile pro correctura potuit irrepere.

And. 289. ς: *'per hanc te dextram oro et ingenium tuum'; Co:* „*et ingenium*' legitur et *'genium*'." — Editores loco Plautino (Capt. 977), Tibulliano (IV 5, 7), Horatiano (epist. I 7, 94) collatis *'genium*' scribunt.

And. 307. *Co:* „*qui istum amorem ab a. a. t.*' legitur *'ex corde eicias*'." ς: *'ex animo amoveas tuo'*, (D: *'ab animo'*). — Quia additamentum illud *'tuo'*, quod metro repugnante in libros et lemma irrepsit, in scholii lectione nondum est, scholion antiquius esse vel ad Donatum redire colligere licet.

And. 480. ς: *'vel hoc . . . abs te esse ortum'; Co:* „*abs te esse natum*' et *'ortum*' legitur, ut sit: instructum, commentum et compositum."

And. 650. ς: „ . . . *confecit sollicitudines'; Co:* „*confecit*' legitur et *'conflavit*'." Umpfenbach et Fleckeisen cum Bentleio variam commenti lectionem probant; Spengel Heaut. v. 1004: 'aliquid gnato conficies mali' collato *'confecit*' tenet.

Hec. 406. ω: *'o Fortuna, ut numquam perpetuo es bona'; Co:* „*ut numquam perpetuo es bona*' legitur et *'data'*; nam et sic pro *'bona*' intellegitur necessario." *'bona*' glossa esse videtur; nam ad *'data*' glossam 'bona' adscriptam esse mirum non est, sed contraria res vix est credibilis.

Phorm. 6. ω: *'quia numquam insanum scripsit adulescentulum'; Co:* „*scripsit*' legitur et *'fecit*'." *'fecit*' ex versu 4 videtur irrepsisse.

Phorm. 680. ω: *'fructum quem Lemni uxoris reddunt praedia'; Co:* „et *'Lemni*' et *'Lemno*' legitur." Cum alterum lemma *'Lemni'*, alterum *'Lemno*' exhibeat, fortasse commenti auctor scholion conscripsit [1]).

6. Correcturae.

Librorum Terentianorum textus, praecipue codd. ς, haud raro correctoris manum expertus est. Donati librum interdum in meliore condicione fuisse scholia commenti comprobant.

Duobus locis scholia correcturas a libris alienas sequuntur:

And. 599. *Co:* „*dicam eadem illi*' in aliis *'idem*' scriptum est. quod si est, pro 'item' accipiamus." $C^1 P^1$: *'atque eadem haec . . . dicam idem illi'*; rell.: *'itidem*' pro *'idem*'. Lemmatis lectio ad virum doctum quendam redire videtur, qui, cum eandem rem in eodem versu errore bis, et vocabulo 'eadem' et vocabulo

---

[1]) cf. Hauler ad Phorm. 66; varia igitur lectio *'Lemno*' exemplum ab Haulero desideratum pro 'ex Lemno' videtur esse.

,idem', significari putaret, versum corrigere sibi videretur ita ut uno eoque altero loco scriberet quod versui convenire intellegebat ,eadem': ,*atque haec . . . dicam eadem illi*'. Hanc corruptelam in Donati libro fuisse non credo.

Ad. 673. *ω*: ,*huc illinc*'; *Co*: „,*hinc illinc*' proverbialiter." Ex ipso scholio, quomodo varia lectio, quae iam in Donati textu fuisse potest, orta sit, satis elucet.

Aliis locis scholia correcturas pro variis lectionibus tradunt; qua de re idem censeo, quod supra de glossis dictum est [1]).

And. 459. *ς* cum *l*: ,*dixti*'; scholiasta adnotat: „et ,*dixti*' et ,*dixisti*' legitur." Fabia ad Eun. 98: „A la 2. personne du sing. de l'ind. Térence emploie concurremment la forme syncopée familière et la forme pleine." Pro contractis formis ex vulgari sermone sumptis in libros saepe plenae irrepserunt. Hic e re metrica utrumque scribere licet; sed formam plenam correcturam esse etiam magis tibi persuadebis, si contuleris

And. 572. *ς*: ,*si ita istuc animum induxti esse utile*'; *Co*: „legitur et ,*animum induxisti*' et ,*animum induxti*'; sed illud plenum est, hoc per metaplasmum *συγκοπήν* diminuitur." Plena enim forma in versum cogi non potest.

Adnot. Neque minus hanc opinionem confirmant:

Hec. 251. *Co*: „,*amisti*' pro ,*amisisti*' *συγκοπή*." G: ,*amisti*'; rell. cum A: ,*amisisti*'; metro forma deminuta confirmatur.

Hec. 560. Cum *l* et *ω* exhibeant ,*sensisti*', ,*sensti*' scribere re metrica cogimur.

Quod cum ita sit, facile lectio integra restitui potest his locis:

Eun. 831. *Co*: „,*iusti*' *συγκοπή* metaplasmus pro ,*iussisti*'."
sis
alterum *l*: ,*ita ut tu i.*'; A: ,*ut tu iusti*', ,*sis*' add. A² aut schol.; CPF: ,*ut iussisti*'; DGE: ,*ut tu iussisti*'. Scholion et A¹ genuinam habere lectionem apertum est: ,*ut tu iusti*'. Postquam ,*iussisti*' scriptum est, metri causa ,*tu*' est omissum (CPF).

Itaque etiam in Eun. v. 322 forma contracta esse scribenda videtur. Hic *Co*: „,*qua ratione amisti*' figura *συγκοπή* pro ,*amisisti*'." Schol. G cum A: ,*amisisti*'; rell.: ,*amisti*'. Sequitur, ut cum Bentleio et Wagnero verbum aliquod intercidisse coniciamus. Bentleius scripsit: ,*qua ratione illam amisti*'; sed Wagner rectius commendare mihi videtur: ,*qua eam ratione amisti*'; quo

[1]) v. p. 31.

in versu, postquam ,*ratione eam*' transpositum est, ,*eam*' inter ,*ratione*' et ,*amisti*' pro dittographia haberi et omitti potuit.

And. 344. *ς*: ,Da. *abeo*. Pa. *Dave, ades, resiste*'; *Co*: „1 ,*abeo*' videtur quasi constitisse, dein quasi elegisse, quo pergat. 2 ,*habeo*' invenio; legitur et ,*abeo*', ut merito illi dicatur ,*resiste*'." ,*habeo*', quod etiam Umpf. et Spengel probant, integrum esse censeo. Ipsum scholion, quomodo aliquis, ut in ,*abeo*' mutaret, adductus esse possit, optime illustrat. Quod si est, scholion 2 in meliore, scholion 1 in deteriore libro fuisse videtur.

And. 653. *ς*: ,*cum patre altercasti*'; *Co*: „,*cum patre altercasti*' legitur et ,*altercatus es*', non enim dicimus: alterco." Nonius (470, 1) formam activam ex Pacuvio affert [1]).

Eun. 294. *ω*: ,*quam insistam viam*'; *Co*: „,*quam insistam viam*' legitur et ,*qua via*'." Verbum insistendi cum accusativo coniungitur in Plaut. Capt. 788, Cist. 512, Mil. 593; Pacuv. v. 50. Bentley hoc loco ablativum praeponendum esse censebat, ,ne illud ,am' ter repetitum ingratum pariat sonum'. Sed Romanos plerumque tales res neglexisse constat [2]).

Eun. 1022. *ω*: ,*uterque . . . edent*'; *Co*: „et ,*edent*' et ,*edet*' legitur, si ,*edent*', figuratum est, si ,*edet*', rectum." In altero scholio et in scholio And. 651 citatur: ,*edent*'. Fabia ad Eun. 840 haec adnotat: „,*uterque . . . erant*'. Même quand ,*uterque*' n'est pas développé, comme ici, par une apposition, Térence le construit parfois avec le pluriel. Parfois, au contraire, il met le verbe au singulier, qui est de règle dans la prose classique." Quae cum ita sint, singularem hoc loco ad correcturam ex recentiore usu factam redire apparet.

Duobus locis correcturae ex exemplari Graeco collato factae sunt:

And. 592. *ς*: ,*quidnam audio*'; *Co*: „,*quidnam audio*' legitur et ,*audiam*'. Menander enim sic ait: *τί ποτ᾽ ἀκούσομαι;*"

Hec. 58. *ω*: ,*paucos*'; *Co*: „,*quam paucos*' quidam non ,*paucos*', sed ,*paucis*' legunt; sic enim Apollodorus: *ὀλίγαις ἐραστὴς γέγον᾽ ἑταίραισιν, Σύρα, βέβαιος*" [3]).

[1]) cf. Wessner adn. in app.

[2]) Similis varietas Phorm. 192, ubi AFG: ,*quam quaerere insistam viam*'; rell. cum *l*: ,*qua . . . via*'. Sed hoc loco, postquam P. Barth (De inf. etc. p. 18) infinitivum ex ,insistam', non ex ,insistam viam' pendere posse evicit, ,*qua . . . via*' scribendum est (v. Hauler ad h. v.).

[3]) cf. Könighoff p. 14.

Duobus locis scholia integram pro varia lectione servant, quo statu fortasse iam Donati textus fuit:

Eun. 219. *Co:* „*,adigent'* legitur et *,adiget'*, ut sit *,insomnia'* numeri singularis." In altero scholio cum *ω*: *,adigent'*. *,insomnia'* numeri singularis est apud Plautum (Merc. 25) et Caecilium (v. 168: *,consequitur comes insomnia'*); recentiore aetate pro plurali accipitur.

Eun. 267. *ω*: *,sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video'*; *Co:* „*,Thaidis'* legitur et *,Thainis'*." *,Thaidis'* metro non satisfacit; neque poetam duobus subsequentibus in versibus idem nomen iteravisse neque Parmenonem ante ipsius Thaidis domum custodire verisimile est. Plerique editores pro *,Thaidis'* scribunt: *,meretricis'*, *,hic astare'* vel aliquid tale. Quod num liceat, cum maxime dubitem, cum scholio *,Thainis'* scribendum esse censeo, quam correcturam Sievers iam commendavit. Quod pro *,Thainis'* notum nomen meretricis, quae in scaenam inducitur, irrepsit, cum duo nomina simillima sint, mirum esse non potest.

Maxime dubia res est in

Hec. 457. *ω*: *,. . bene factum te advenisse . . . atque . . . id quod maximum est, salvum . . .'*; *Co*: „*,quod maximum est'* legitur et *,quod maxime est'*." Etiam *,id quod maxime est,* sc. bene factum' bonum habet intellectum. Si *,maxime'* integrum est, facile potuit in *,maximum'* corumpi. Sed negari non potest *,maxime'* facile ad librarii mendum referri posse.

At nonnumquam, ubi libri Ter. correcturas sequuntur, Donati memoriam etiam integram fuisse scholia testantur:

And. 629. *ς*: *,idne est verum, immo id est genus hominum pessimum in denegando modo quis . . .'*; *Co:* „1 *,id est verum immo id est'* alii sic: verum est hoc genus hominum: hominem se probavit esse, cum malus sit, et hic contra hoc: immo non hominem, sed pessimum hominem se probavit. — 2 *,verum immo id est'* parum accusaverat dicens: *,id est verum hominum genus'* et ideo addidit: *,id est pessimum hominum genus'*, ut hoc facere non hominis modo sit, sed pessimi hominis." Ex altero scholio colligitur scholiastam ita legisse: *,immo id est pessimum hominum genus'*. Hunc verborum ordinem iam Spengel metri causa restituit [1]). Librorum corruptelam fere hoc modo ortam esse conicio. Versus qui sequitur a verbis *,in negando modo . . .'* incipiebat; pro *,negando'* iam mature ex versu 633 irrepsit

[1]) Spengel app. crit.

,denegando'. Quo facto metri causa *,in'* antecedenti versui est adiunctum. Deinde huius versus verba ita sunt transposita, ut aliquo modo metro satisfacere viderentur. Quod si est, cum hic scholii memoria fide digna visa sit, etiam in priore versus parte ei confidere licet. Et si sententiam poetae, qualis in commento traditur atque explicatur, satis difficilem esse reputaverimus, num mirabimur, quod, cum locum non intellegerent, particula *,ne'* addita textum ita emendare sibi visi sunt, ut sensum bonum atque perfacilem effecerint?

And. 753. *ς* cum *l: ,praeterea quam quod te rogo'*; in scholio: *,praeterquam quod'*. Scholion exhibet lectionem integram atque re metrica confirmatam, cum lemma librorum sequatur correcturam.

And. 839. *ς*: *,at vero vultu, cum ibi me adesse neuter tum praesenserat'*; in A nihil cognoscitur nisi *,at v. . .'*, ut *,at'* addiderit A^2; *Co*: „*,cum ibi adesse' ,tum'* deest, ut sit integrum: tum, cum." Scholiasta ita fere legisse videtur: *,cum ibi adesse me neuter praesenserat'*. In libris, postquam *,tum'*, quod desideratum esse ipsum scholion testatur, irrepsit, verba metri causa transposita esse conicio. Alterum lemma: *,cum ibi adesse me neuter senserit'* sexti saeculi vulgatam sequi videtur, ut versum, qualis in *ς* exstat, ad Calliopium redire verisimile sit.

Eun. 312. *ω*: ,Chaer. . . . *Fac sis nunc promissa appareant, si adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos'*; *Co:* „1 *,sive adeo digna res est'* si persona Parmenonis est, *,sive'* abundat. 2 Et pro expletiva coniunctione est modo; in quibusdam omnino non legitur . . . . . 4 *,sive adeo digna res est'* si Chaerea dicit, hic ordo et sensus est: fac si vis nunc, si adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos, ut promissa appareant, ut sit *,sis'* si vis et *,ut'* addatur ad id quod est *,fac promissa appareant'*. 5 *,ubi tu nervos intendas tuos'* utrum obscene hoc, ut servus, an *μεταφορικῶς*: ubi laborare ac periclitari debeas? 6 Sed melius legunt qui hoc totum ad personam applicant Chaereae. 7 Et melius quam qui Parmenonem hoc putant loqui: *,sive adeo digna res est'*." In hoc loco interpretando viri docti maxime inter se dissentiunt [1]). Neque minus iam antiquitate hunc locum difficilem scilicet intellectu interpretatoribus magnam difficultatem paravisse scholia commenti satis demonstrant. Cui

[1]) cf. Fabia ad h. v.

ut mederentur, iam mature quosdam totum versum Parmenoni dedisse scholia 1, 5, 6, 7 indicant. Quo facto ,*sive*' contextum turbare videbatur, ut aut in ,*si*' mutaretur aut in quibusdam libris omnino omitteretur. Ad ω memoriam accedit scholion 4, quod recentiorem originem prodere mihi videtur. Quin autem ,*sive*', quod bis in scholiis citatur, in Donati libro fuerit atque integra sit comici lectio, non iam dubitari licet. Itaque iam Bentleium versum recte explicasse censeo: ,fac si vis, quia promisisti, sive adeo quia . . .' Quocum fere facit etiam P. Thomas, qui locum sagacissime his verbis interpretatur: „La difficulté est de trouver le premier terme de la disjonction. On ne peut pas songer à ,*sis*' (si vis); parce que cette petite proposition a trop peu d'importance. Notons que la proposition ,*digna res est*' a, si non la forme, du moins la valeur d'une proposition causale; elle indique un des deux motifs qui doivent déterminer Parménon à agir. Quel est l'autre motif? Ce ne peut être que la promesse qu'il a faite dans le temps à Chaeréa. Ce motif est implicitement contenu dans la phrase précédente: ,*fac nunc promissa adpareant*', qui peut se décomposer ainsi: ,Agis parce que tu l'as promis.' Nous pourrions donc paraphraser le tout: ,da nunc mihi operam, sive quia promisisti, sive adeo quia res digna est . . .' ,*Adeo*' met en relief le second terme de la disjonction." Igitur hoc quoque loco librorum textum correctoris manum expertum esse apparet.

Hec. 735. A: ,*ne nomen mihi quaesti obstet, nam mores facile tutor*'; ς: ,*quaestus*'; *Co:* „1 ,*ne nomen mihi*' id est nomen, quod inest meo quaestui. 2 ,*ne nomen quaestui obstet*' ,quaestui' quem exerceo scilicet. 3 Id est: quod est quaestui mihi. 4 ,*quaestui*' id est: quod meretrix sum. 5 Legitur et ,nomen meum quaestui obstet'." — Faernus, ut septenarius iambicus, ut fere solet apud Terentium, haberet diaeresim post pedem quartum, pro ,*obstet*' scribendum esse censebat ,*obsiet*'. Fleckeisen scripsit: ,*ne nomen mi obstet quaestuis*'. — Substantiva quartae quae dicitur declinationis apud Terentium plerumque in secundam transeunt [1]); duobus locis genitivus in plenam formam ,*-uis*' exit: Haut. 287 ,*anuis*'; Phorm. 482 ,*metuis*' [2]). — Equidem

[1]) cf. And. 365: ,*nil ornati, nil tumulti*'; Ad. 870: ,*fructi*'; Phorm. **154**: ,*adventi*'.

[2]) cf. Hauler ad Phorm. 154, Fabia ad Eun. 237; Sommer, p. 422 sq.

maxime altero scholio, quod vetustissimum esse mihi videtur [1]), adductus genuini commenti lectionem ,*quaestuis*' fuisse suspicor. In vulgatae libro, cuius in marginibus scholia fuerunt, ,*quaestui*' scriptum erat, quam formam librario cuidam, cui ,*quaestuis*', forma ignota erat, deberi liquet [2]). Haec lectio etiam in scholion adscriptum irrepsit. Quo facto ii, qui reliqua scholia addiderunt, frustra scilicet operam dabant, ut corrupto loco lucem afferrent; unde etiam orta est varia illa lectio ,*ne nomen meum quaestui obstet*' quae omnino sensu caret. Itaque cum in Donati libro ,*quaestuis*' fuisse videatur, Terentium scripsisse censeo ,*ne nomen mi obstet quaestuis*'; quo in versu elegantissimo iam perantiquis temporibus verba transposita esse videntur, ut fortasse iam in Donati libro fuerit: ,*ne nomen mihi quaestuis obstet*'. Quod in Bembinum genitivi forma, qua Terentius fere utebatur, irrepsit, vix mirum esse potest. Calliopius autem forma recentiore scripta rei metricae aliquo modo satisfacere sibi visus est [3]).

Ad. 168. *l* cum ω: ,*at enim non sinam*'; sed si haec contuleris scholia: Ad. 168: „,*enim*' inceptiva particula apud veteres fuit. sed et convenit perturbato", Phorm. 983: „,*enim solus*' ,enim' pro ,at' posuit, ut turbatum ostenderet. sic alibi (Ad. 168) ,enim non sinam'", in Donati libro ,*at*' non fuisse tibi persuadebis. Itaque ,*at*', quod deesse etiam Priscianus testatur, subditicium esse apparet. Quod, praesertim cum etiam in versu 168 Sannionis responsum ab ,*at*' ordiatur, facile pro correctura irrepere potuit [4]).

Phorm. 368. *Co:* „,*in malam crucem*' adverbialiter ut ,*huc viciniae*'." A: ,*i in malam crucem*'; ς: ,*abi hinc in malam crucem*'. — Hauler Donatum ,*in*' (= isne) legisse censet; quod equidem Bembini et codd. ς lectionibus collatis non credo; sed in Donati

[1]) Nescio an recte conicias genuinum scholion hoc fere fuisse: „,*quaestuis*' quem exerceo scilicet. id est quod meretrix sum."

[2]) Qui aut ,*quaestuis*' perperam pro dativo scriptum esse aut dativi formam pro genitivo esse putabat. Etiam in inscriptionibus dativus pro genitivo est; v. Sommer p. 422: „,*totiusque domui*' CIL VI 2067, 11 (*domui* auch handschriftlich) wohl einfach Dativform beim fem. ,domus' genitivisch verwandt nach der Gleichheit von gen. und dat. sing. bei den fem. der 1. (-ae) und 5. Dekl. (-ei). — CIL VI 2065, 15 steht ,*totique domui*' in genitivischer Funktion."

[3]) ,*obstet*' melius traditum est quam ut perfacili Faerni correcturae adsentiri possim.

[4]) Igitur iure Dziatzko scribere videtur: ,*i intro iam tu nunc. Enim non sinam.*' cf. Kauer app. crit.

libro *‚i malam crucem‘* fuisse suspicor, pro quo facile *‚in malam crucem‘* scribi potuit [1]).

7. Voces et formae.

Quod ad voces et formas attinet, scholia, quae a librorum memoria recedunt, omnia meliorem sequuntur memoriam.

And. 25. ς: *‚et quid‘;* schol. Hec. 8: *‚ecquid‘* [2]).

Eun. 314. ω: *‚graciles‘; Co: „‚gracilae sient‘* a singulari ‚gracila‘ venit haec declinatio“; identidem in scholiis: *‚gracilae‘*. Fabia, qui per errorem Donatum *‚graciles‘* legisse dicit, haec adnotat: „Les mss. et Don. ont *‚graciles‘;* mais il convient de restituer, avec Bent. Fleck. Dz., la forme archaique *‚gracilae‘*, garantie par une citation de Probus et le témoignage d'Eugr. qui connait les deux leçons; comp. Lucilius VIII, 1: *‚quod gracila est, pernix, quod pectore puro.‘* Un certain nombre d'adjectifs qui appartinrent plus tard à la 3. déclinaison, avaient d'abord été de la 2.: *hilarus, sterilus* etc.“ [3]).

Terentius pro adverbio loci *‚illic‘* passim scripsit locativum *‚illi‘;* in libris plerumque [4]) ex recentiore usu *‚illic‘* est. Cuius rei in commento haec reperiuntur testimonia:

Hec. 94. ω: *‚illic‘; Co: „‚illic‘* legitur et *‚illi‘*, ut sit circumflexus accentus et significet ‚illic‘, ut (Aen. 548) ‚illi mea tristia facta‘.“ Metrum *‚illi‘* confirmat. — De hac ipsa re scholiasta ad Ad. v. 116 haec adnotat: *„‚ego illi maximam partem feram‘* errant qui *‚illi‘* putant esse pronomen, cum sit adverbium loci, ut ‚illi mea tristia . . .‘ *‚illi‘* ergo: ibi, ubi ille peccat. quare quidam etiam *‚-li‘* syllabam discretionis causa, ut locum significet, corripiunt“ [5]).

[1]) cf. schol. Eun. 536: *„‚malam rem hinc ibis‘* pro ‚in malam rem‘, ergo adverbialiter dixit . . .“ (D G F: *‚malam in rem‘*). — v. Heckmann, Über präpositionslose Ortsbezeichnung im Altlat. IF XVIII (1905) p. 325 sq.

[2]) cf. Eun. 521: A E G: *‚et qua‘*; schol. Eun. 519 cum C P D F: *‚ecqua‘*; Lindsay-Nohl p. 514.

[3]) cf. Lindsay-Nohl p. 386 sq., Sommer p. 434 (§ 261).

[4]) Praeter duos locos (Ad. 116, 143), ubi *‚illi‘*, quod pro dativo acceptum est, in omnibus libris servatum est, solus Bembinus duobus locis (Ad. 844, Phorm. 91) servat locativum.

[5]) cf. schol. Ad. 143: *„‚illi‘* Demeae scilicet. Aut: illic, ubi Demea litigabat“; v. Lindsay-Nohl p. 496, 652; Lindsay ad Capt. v. 60; Engelbrecht, Stud. Ter. p. 67 sq.

And. 638. ς (A deest): *‚illic‘; Co: „‚illic‘* legitur et *‚illi‘*.“ *‚illic‘* metro non convenit.

Phorm. 91. A: *‚illi‘;* ς: *‚illic‘*. *Co: „‚illi intervenit‘ ‚illi‘* pro ‚ibi‘, ut ‚illi mea tristia facta‘. Et nota *‚illi‘* pro *‚illic‘*.“ Re metrica *‚illi‘* scribere cogimur [1]).

Hec. 527. ω: *‚ex quo‘;* in scholio cum *l: ‚ex qui‘*. Sommer (p. 466) de ablativo pronominis interrogativi, indefiniti, relativi haec dicit: „Für alle Geschlechter kann bis ins klassische Latein die zum ɪ-Stamm gehörige Form *‚qui‘* (aus* quīd) gebraucht werden; vgl. ‚qui praesente‘ Plaut. Bacch. 335 usw.; dafür wird *‚quei‘* geschrieben C I L I 200, 17. — Ebenso auch *‚aliqui, quique‘*.“ Hoc loco *‚quo‘* pro correctura irrepsisse censeo.

Lindsay-Nohl p. 679: *„‚re-‘*, ‚zurück‘, hat im Altlat. eine Nebenform mit angefügter Partikel ‚d(e)‘, nämlich *‚red-‘*, die im klassischen Latein bei *‚red-eo, red-do‘* usw. erhalten ist, vor Konsonant jedoch gewöhnlich der Form *‚re-‘* Platz gemacht hat, z. B. *‚re-duco‘*, altlat. *‚red-duco‘* . . .“ Vetustior illa forma interdum in Terenti sermone occurrit [2]). Duobus locis sola scholia commenti huius proprietatis rationem habent:

Hec. 22. ω: *‚remotum‘; Co: „‚probe iam remmotum‘* geminavit secundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant“ [3]).

Phorm. 21. ω: *‚relatum‘; Co: „‚rellatum‘* et geminavit *l*, ut ‚relliquias Danaum‘.“

Phorm. 2. ω: *‚tradere‘; Co: „‚transdere‘* transdere veteres sonantius, quod nos lenius tradere, ut translatum nos, illi tralatum e contrario“ [3]). — Hauler haec adnotat: *‚transdere‘* nach Donat z. d. St.; vgl. C I L I 198, 54 und 58: *‚transdito‘*. Die Handschr. haben hier *‚tradere‘*, dagegen steht Haut. 740 (in D G) *‚transducenda‘* und Ad. 910 (in ς) *‚transduce‘*.“

Phorm. 330. *l* cum ω: *‚tenditur‘;* sed scholiasta adnotat: „legitur et *‚tennitur‘*, habet enim *n* littera cum *d* communionem.“ Hauler dicit: *„‚tennitur‘* für das handschr. *‚tenditur‘* nach Donat. Es war dies die volkstümliche Form, wie *‚dispennite‘* und *‚disten-*

[1]) Ad. 844. A: *‚illi‘*, quod metro confirmatur; ς cum *l*: *‚illic‘;* Ad. 350. *l* cum ω: *‚istic‘*, cum *‚isti‘* scribere re metrica cogamur.

[2]) cf. Haul. praef. p. 60, adn. ad vv. 21, 86.

[3]) cf. Wessner adn. in app.

nite' bei Plaut. Mil. 1407, vgl. Schuchardt, Vok. d. Vulgärlat. I 146 [1]).

Phorm. 190. ω: ,*protinus*'; *Co:* „,*protinus in pedes*' ,*protinam*' fuit et sic Nigidius legit." — Hauler haec adnotat: „,*protinam*,' ein im älteren Latein gebräuchliches Ortsadverb, hier vom gelehrten Nigidius Figulus (Praetor 58 v. Chr.) bezeugt (Don., s. Paul. Fest. S. 226 M., 283 Th.); ,*protinus*' ist dagegen immer zeitlich (s. auch P. Langen, Beiträge S. 163f.). Dieselbe Verbindung erscheint schon bei Plaut. Bacch. 374: ,me . . . contuli *protinam in pedes*'." [2])

Phorm. 1028. A: ,*faxo tali sit mactatus*'; ς: ,*faxo tali eum mactatum*'; *Co:* „,*faxo tali sum mactatum*' ,*sum*' modo pro eo quod est ,*eum*'. sic frequenter veteres. Ennius: ,*omnes corde patrem debent animoque benigno circum sum*'." Sommer p. 461: „Von dem schon öfters erwähnten idg. Stamm ,*so*' (gr. Artikel = ai. *sa*) sind im Altlatein noch Reste erhalten, die in der Bedeutung den Formen von ,*is*' gleich sind, doch ist der Stamm nicht, wie in der Ursprache, auf den nom. beschränkt (vgl. gr. ὁ, gen. τοῦ = ai. *sa*, gen. *tasya*), sondern findet sich auch im acc. So ,*sum*' = ,eum', ,*sos*' = ,eos' bei Ennius ann. 144, 153 M. — Dazu das wie ,ipse' zusammengesetzte, doppelt flektierte fem. ,*sapsa*' (ann. 406 M.)." Festus (426. 2 Th.) duos locos Ennianos, quibus ,*sum*' est pro ,eum', affert: „,*sum*' pro ,eum' usus est Ennius lib. I: ,*astu*' *non vi, sum summam servare decet rem*', et lib. II: ,*ad sese sum quae dederat in luminis oras*'." Ad quos iam accedunt hic locus Terentianus et Ennianus scholio allatus. Bembini lectio ita fere orta est: Primum librarius quidam sensu verborum neglecto ,*sum*' praesens verbi substantivi esse ratus ,*mactatus*' scribendo textum emendare sibi visus est. Deinde alter, quod ,*sum mactatus*' in ,*sit mactatus*' mutavit, bonum effecit intellectum. In ς pro genuino ,*sum*' irrepsit ,*eum*', quod antiquitus adscriptum fuisse perquam credibile est.

---

[1]) cf. etiam Lindsay-Nohl p. 74: „,*nd*' zeigt Neigung nach ,*nn*' hin (wie im Oskischen und Umbrischen) in Formen wie plautinisch ,*dispennite*', ,*distennite*', doch kam diese Assimilierung weder im Schrift- noch im Vulgärlat. zur Durchführung." — p. 82: „In ganz Süd- und Mittelitalien hat ,*nd*' den gleichen Weg eingeschlagen wie im Osk. und Umbr., d. h. es ist zu ,*nn*' geworden . . ."

[2]) cf. Lindsay-Nohl p. 640.

8. Res syntacticae.

Etiam scholia, quae in rebus syntacticis libris adversantur, quantum ad genuinum commentum pertinent, plerumque meliorem sequuntur memoriam.

And. 646. ς: ,*heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo*'; *Co:* „,*qui tuum animum*' legitur et ,*cum*'." Conferendus est Phorm. 208, ubi ω habent: ,*cum . . . possum*'; *l:* ,*qui . . . possum*'. — ,*cum*' adversativum et causale in Terenti sermone modo indicativus modo coniunctivus sequitur: lemmatis lectionem ad correctorem redire apparet, qui, cum ei indicativus antecedente ,*cum*' offensioni esset, pro ,*cum*' relativum substituit. Quod si est, etiam in Andriae versu ,*cum*' integrum videtur esse [1]). In Donati igitur libro, si scholio confidere licet, glossa antea superscripta iam in textum irrepserat, genuina autem lectio pro varia adscripta servabatur. Deinde in libris recentioris aetatis varia illa lectio neglecta et omissa est.

Nonnumquam indicativo ex vetusto vel vulgari genere dicendi a comico adhibito in libris ex recentiore scilicet scribendi usu substituitur coniunctivus [2]). Similiter res se habere videtur

Hec 266. ω: ,*studeo, si facere possim ullo modo*'; *Co:* „,*si facere possum ullo m.*' hic est remotio ,*si facere possum ullo modo*'. Mollius dixit quam si ,nec facere possum' dixisset, hoc enim vult intellegi: volo, at non possum facere."

And. 205. ς: ,*neque tu hoc dices*'; *Co:* „,*neque tu haud dices tibi non praedictum*' duae negativae unam consentivam faciunt, tres negativae pro una negativa accipiuntur, ut hic ,*neque haud non*' . . . vera ergo lectio ,*neque tu haud dicas*', quod plurimi non intellegunt, cum ,*hoc dicas*' legunt" [3]). Spengel suo iure haec adnotat: „Während unsere Handschr. das ungewöhnlichere, die Negation nur verstärkende ,*neque tu haud*' bereits in ,*neque tu hoc*' verändert haben, ist in dem Kommentar des Donatus die ursprüngliche Lesart noch erhalten. Auch bei Plautus (Epid. 664,

---

[1]) Aliter de hac re censet Könighoff p. 9: ,cum' interpretationem illius ,qui' esse. Quod si esset in Phorm. loco, cum in ω glossa irrepsisset, lemma esset integrum.

[2]) cf. quae de hac re p. 23 contuli.

[3]) cf. Wessner adn. in app. — Haec: ,*vera ergo lectio . . .*' quae sequuntur, ab auctore commenti deterioris libri lectione collata — inde varietas illa ,*dices-dicas*' — addita esse videntur.

Pers. 535, Men. 371, Bacch. 1036) steht immer ein Pronomen zwischen *‚neque‘* und *‚haud‘* .... Ähnlich auch Epid. 532: *‚neque ea ubi nunc sit nescio‘* u. a. Daß zwei Negationen sich nicht aufheben, sondern verstärken, ist nicht nur der griechischen Sprache eigen, sondern auch der lat. Volkssprache und findet sich, da die romanischen Sprachen sich auf dem Grunde der Volkssprachen aufbauten, in den romanischen Sprachen wieder. Die deutschen Dialekte haben Ähnliches.“

And. 235. ς: *‚nunc quidnam‘; Co: „‚numquidnam‘* hoc comicum est et Terentianum *‚numquidnam‘*, cum exceptis ‚num‘ et ‚nam‘ sufficere ad interrogationem potuisset *τὸ* ‚quid‘.“ [1])

And. 495. ς: *‚edixin tibi? interminatus sum, ne faceres‘;* ex commenti scholio: *„‚edixi tibi‘* hic illud redit *‚edico tibi, ne temere facias‘.“* scholiastam particulam interrogativam non legisse colligitur. Spengel *‚edixin‘* pro ‚nonne edixi‘ esse censet; cui non adsentior, sed arte inter se cohaerere interpretor: *‚edixi tibi, interminatus sum, ne faceres‘*, quae opinio etiam scholio confirmatur. Librorum lectio ad correctorem redit, qui *‚edixi tibi‘* pro interrogatione esse ratus seiunxit et particulam desideratam addidit.

And. 849. CPEG: *‚etiam tu hoc responde‘;* D: *‚hoc iam responde mihi‘; Co: „‚etiam tu hoc respondes‘* deest ‚an non‘. — *‚etiam tu hoc respondes‘ ‚etiam‘* aut hortatio est aut coniunctio.“ schol. Ad. 550: *„‚etiam taces‘* antique pro ‚tace‘. sic in Andria: *‚etiam tu hoc respondes‘*. est ergo correptionis significatio.“ — Editores ad commenti lectionem accedunt, nisi quod Spengel [2]) fortasse *‚tace‘* teneri posse censet; commenti memoriam integram esse manibus tenetur.

Eun. 222. ω: *‚nimis mihi indulgeo‘; Co: „‚me indulgeo‘* sic veteres, quod nos ‚mihi‘, alibi: *‚te indulgebant, tibi dabant‘* (Haut. 988).“ Fabia haec adnotat: „Afranius v. 389: *‚qui nos tantopere indulgent in pueritia‘*. La leçon des mss., adoptée par Umpf., n'est qu'une correction de grammairien ou de copiste dérouté par cet archaisme.“

Ad. 264. ω: *‚nihil potest supra‘; Co: „‚nihil pote supra‘ ἔλλειψις* per admirationem; subauditur ‚esse‘ vel ‚dici‘. Et *‚pote‘* pro *‚potis‘*, ut ‚mage‘ pro ‚magis‘ *τῷ ἀρχαισμῷ*“ [3]). Haec *‚ἔλλειψις‘* apud Plautum saepius occurrit [4]).

[1]) cf. p. 21. [2]) cf. Spengel app. crit.
[3]) cf. Wessner app. [4]) cf. Hec. v. 479 p. 20.

Hec. 106. A: *‚ita me di ament, haud propterea te rogo‘;* ς: *‚ita me di bene ament‘; Co: „‚ita me di amabunt‘ ‚amabunt‘* pro ‚ament‘.“ *‚ita me di amabunt‘* legitur etiam in Haut. v. 749, *‚sic me di amabunt‘* in Haut. v. 403; quam in locutionem quod pro futuro ex vulgari usu scripto praesentis coniunctivus, qui multo saepius [1]) reperiatur, irrepsit, mirum esse non potest. Quo facto in recensione Calliopiana *‚bene‘* metri causa est additum.

Hec. 313. A^1: *‚concluserit‘*, A^3: *‚concivisset‘;* ς: *‚conciverit‘; Co:* „1 *‚conscivisse‘* sic Plautus: *‚fortasse te amare suspicarier‘*. nam veteres infinito modo adiungebant ‚fortasse‘. 2 *‚consciverit‘* commoverit. 3 *‚iram hanc consciverit‘* legitur et *‚conscivisse‘*. 4 Et *‚conscivisse‘* est rem novam fecisse. 5 *‚consciverit‘* decrerit, fecerit“ [2]). *‚fortasse .... concivisse‘* integram esse lectionem manifestum est: Lindsay-Nohl p. 643: „Die Formen *‚fortasse‘* und *‚fortassis‘* (im Altlat. mit folgendem Acc. und Inf., z. B. Plaut. Asin. 36: *‚ubi fit polenta, te fortasse dicere‘*, aber auch z. B. Rud. 140: *‚fortasse tu huc vocatus es ad prandium‘*) sind wohl Bestandteile eines Verbums *‚*fortare‘*, behaupten, versichern, einer Ableitung von altlat. *‚forctus‘*, stark, wie *‚af-firmare‘* von *‚firmus‘*.“ [3]) — In plerisque nimirum libris hic infinitivus, qui a posteriore scribendi usu abhorreret, in coniunctivum mutatus est. In commenti auctoris libro meliore, in quo integra erat lectio *‚concivisse‘*, scholia 1 et 4 adscripta erant; ad deterioris lectionem *‚consciverit‘* scholia 2 et 5 pertinent; scholion 3 ipse conscripsisse videtur [4]). Etiam Iovialis correctura haud dubie ad infinitivum redit.

Raro scholiorum lectiones corruptae sunt:

Eun. 210/11. ω: *‚utinam tam aliquid invenire facile possis, Phaedria, quam hoc peribit . . .‘; Co: „‚quam hoc perit‘* deest ‚facile‘, ut sit: quam facile hoc perit.“ Scholii lectio ad libri, cui adscriptum erat, accomodata esse videtur [5]).

[1]) ut exempla afferam: *‚ita me di ament‘* And. 817, Eun. 474, 615, 1037, Hec. 258, 276, Phorm. 883, 954; *‚ita me di bene ament‘* Eun. 822, Hec. 206, Phorm. 165.

[2]) cf. Könighoff p. 5 sq.; Wessner app.

[3]) Sed cf. Walde, Etymol. Wörterbuch: ‚fortasse‘.

[4]) Qui ex vulgatae editionis corruptela etiam in ceteris scholiis perperam scripsit *‚conscivisse‘* pro *‚concivisse‘*.

[5]) Si *‚quam facile hoc perit‘* textui inseritur, versus efficitur iustus; varietas igitur inde orta videtur esse, quod olim *‚facile‘* addito metri causa *‚perit‘* pro *‚peribit‘* scriptum, postea autem *‚facile‘* iterum deletum est.

Pers. 535, Men. 371, Bacch. 1036) steht immer ein Pronomen zwischen *,neque'* und *,haud'* .... Ähnlich auch Epid. 532: *,neque ea ubi nunc sit nescio'* u. a. Daß zwei Negationen sich nicht aufheben, sondern verstärken, ist nicht nur der griechischen Sprache eigen, sondern auch der lat. Volkssprache und findet sich, da die romanischen Sprachen sich auf dem Grunde der Volkssprachen aufbauten, in den romanischen Sprachen wieder. Die deutschen Dialekte haben Ähnliches."

And. 235. ς: *,nunc quidnam'; Co: „,numquidnam'* hoc comicum est et Terentianum *,numquidnam'*, cum exceptis ,num' et ,nam' sufficere ad interrogationem potuisset *τὸ* ,quid'." [1])

And. 495. ς: *,edixin tibi? interminatus sum, ne faceres'*; ex commenti scholio: *„,edixi tibi'* hic illud redit *,edico tibi, ne temere facias'*." scholiastam particulam interrogativam non legisse colligitur. Spengel *,edixin'* pro ,nonne edixi' esse censet; cui non adsentior, sed arte inter se cohaerere interpretor: *,edixi tibi, interminatus sum, ne faceres'*, quae opinio etiam scholio confirmatur. Librorum lectio ad correctorem redit, qui *,edixi tibi'* pro interrogatione esse ratus seiunxit et particulam desideratam addidit.

And. 849. CPEG: *,etiam tu hoc responde'*; D: *,hoc iam responde mihi'; Co: „,etiam tu hoc respondes'* deest ,an non'. — *,etiam tu hoc respondes' ,etiam'* aut hortatio est aut coniunctio." schol. Ad. 550: *„,etiam taces'* antique pro ,tace'. sic in Andria: *,etiam tu hoc respondes'*. est ergo correptionis significatio." — Editores ad commenti lectionem accedunt, nisi quod Spengel [2]) fortasse *,tace'* teneri posse censet; commenti memoriam integram esse manibus tenetur.

Eun. 222. ω: *,nimis mihi indulgeo'; Co: „,me indulgeo'* sic veteres, quod nos ,mihi', alibi: *,te indulgebant, tibi dabant'* (Haut. 988)." Fabia haec adnotat: „Afranius v. 389: *,qui nos tantopere indulgent in pueritia'*. La leçon des mss., adoptée par Umpf., n'est qu'une correction de grammairien ou de copiste dérouté par cet archaisme."

Ad. 264. ω: *,nihil potest supra'; Co: „,nihil pote supra'* ἔλλειψις per admirationem; subauditur ,esse' vel ,dici'. Et *,pote'* pro *,potis'*, ut ,mage' pro ,magis' τῷ ἀρχαισμῷ" [3]). Haec *,ἔλλειψις'* apud Plautum saepius occurrit [4]).

[1]) cf. p. 21.
[2]) cf. Spengel app. crit.
[3]) cf. Wessner app.
[4]) cf. Hec. v. 479 p. 20.

Hec. 106. A: *,ita me di ament, haud propterea te rogo'*; ς: *,ita me di bene ament'; Co: „,ita me di amabunt' ,amabunt'* pro ,ament'." *,ita me di amabunt'* legitur etiam in Haut. v. 749, *,sic me di amabunt'* in Haut. v. 403; quam in locutionem quod pro futuro ex vulgari usu scripto praesentis coniunctivus, qui multo saepius [1]) reperiatur, irrepsit, mirum esse non potest. Quo facto in recensione Calliopiana *,bene'* metri causa est additum.

Hec. 313. A[1]: *,concluserit'*, A[3]: *,concivisset'*; ς: *,conciverit'; Co:* „1 *,conscivisse'* sic Plautus: *,fortasse te amare suspicarier'*. nam veteres infinito modo adiungebant ,fortasse'. 2 *,consciverit'* commoverit. 3 *,iram hanc consciverit'* legitur et *,conscivisse'*. 4 Et *,conscivisse'* est rem novam fecisse. 5 *,consciverit'* decrerit, fecerit" [2]). *,fortasse .... concivisse'* integram esse lectionem manifestum est: Lindsay-Nohl p. 643: „Die Formen *,fortasse'* und *,fortassis'* (im Altlat. mit folgendem Acc. und Inf., z. B. Plaut. Asin. 36: *,ubi fit polenta, te fortasse dicere'*, aber auch z. B. Rud. 140: *,fortasse tu huc vocatus es ad prandium'*) sind wohl Bestandteile eines Verbums *,*fortare'*, behaupten, versichern, einer Ableitung von altlat. *,forctus'*, stark, wie *,af-firmare'* von *,firmus'*." [3]) — In plerisque nimirum libris hic infinitivus, qui a posteriore scribendi usu abhorreret, in coniunctivum mutatus est. In commenti auctoris libro meliore, in quo integra erat lectio *,concivisse'*, scholia 1 et 4 adscripta erant; ad deterioris lectionem *,consciverit'* scholia 2 et 5 pertinent; scholion 3 ipse conscripsisse videtur [4]). Etiam Iovialis correctura haud dubie ad infinitivum redit.

Raro scholiorum lectiones corruptae sunt:

Eun. 210/11. ω: *,utinam tam aliquid invenire facile possis, Phaedria, quam hoc peribit . . .'; Co: „,quam hoc perit'* deest ,facile', ut sit: quam facile hoc perit." Scholii lectio ad libri, cui adscriptum erat, accomodata esse videtur [5]).

[1]) ut exempla afferam: *,ita me di ament'* And. 817, Eun. 474, 615, 1037, Hec. 258, 276, Phorm. 883, 954; *,ita me di bene ament'* Eun. 822, Hec. 206, Phorm. 165.

[2]) cf. Könighoff p. 5 sq.; Wessner app.

[3]) Sed cf. Walde, Etymol. Wörterbuch: ,fortasse'.

[4]) Qui ex vulgatae editionis corruptela etiam in ceteris scholiis perperam scripsit *,conscivisse'* pro *,concivisse'*.

[5]) Si *,quam facile hoc perit'* textui inseritur, versus efficitur iustus; varietas igitur inde orta videtur esse, quod olim *,facile'* addito metri causa *,perit'* pro *,peribit'* scriptum, postea autem *,facile'* iterum deletum est.

Phorm. 247. ω: *,incredibile quantum erum ante eo sapientia'*, *Co: „,erum ante eo sapientia'* legitur *,ante eam'*, sed pronuntiativum posuit pro coniunctivo, *,ante eo'* pro *,ante eam'*." Hauler adnotat: „*,ante eo'* im ind., weil *,incredibile quantum'* zu einem Begriff verschmilzt gleich ,nescio quis' usw." Quod cum postea non iam sentiretur, qui coniunctivum substituit, textum emendare sibi visus est. Haec correctura Donati libro pro varia lectione adscripta videtur fuisse, sed iure a scholiasta reicitur.

Ad. 837. ω: *,ne nimium . . . . . subvertat'; Co: „, ... subvertit'* si *,ne'* valde, *,subvertit'* infra legendum est, si *,ne'* pro coniunctione, *,subvertat'* legendum est, ita ut subaudiamus ,timeo' vel aliquid tale." In deteriore auctoris libro corruptam illam lectionem *,subvertit'* — Terenti locum qui consideraverit, *,ne'* esse pro coniunctione pro certo habebit — fuisse apparet; in meliore hoc fere scholion ad *,ne . . . subvertat'* adscriptum fuisse videtur: „subauditur ,timeo' vel aliquid tale."

Ad. 611. ω: *,ut neque quid me faciam nec quid agam certum siet'; Co: „,certum est'* pro ,certum sit'; nisi forte *,ut'* o quam significat, ut sit: o quam certum est." Sed cum *,tantum'* antecedente *,ut'* esse pro consecutiva coniunctione manifestum sit neque minus metro *,siet'* confirmetur, haec corruptela habet aliquid offensionis. Itaque hoc scholion ad genuinum commentum non pertinere, sed vulgatae libri corruptae lectioni deberi censeo, in quo multa et gravia menda fuisse lemmata testantur.

Adnot. Notandum est in satis magno numero locorum, quos modo tractavimus, Bembini memoria nos carere neque suspicionem abesse etiam in Bembino integras fuisse lectiones.

II. Multis locis Bembini memoriae consensus librorum ς adversatur: scholia commenti modo ad Bembini modo ad librorum ς accedunt lectiones, sed ita ut plerumque integram sequantur memoriam.

Multa scholia cum Bembino faciunt:

And. 975. A: *,age me in tuis secundis respice'*; ς: *,secundis rebus'*; *Co: „,age me in tuis secundis rebus respice'* [1]) haec sunt quae absolute dicuntur." Scholiastam glossam illam *,rebus'*, quae metro non convenit, nondum legisse ex scholio efficitur; quae tamen in lemma ex vulgatae libro, cui scholion adscriptum fuit, irrepsit.

---

[1]) Wessner in lemmate *,rebus'* uncis secludit.

Eun. 115. In scholio Ad. 47 cum A: *,audisse'*; ς: *,audivisse'*. Metro forma contracta confirmatur [1]).

Eun. 164. A: *,claudier'; Co: „,claudier'* claudi aut claudicare." In ς metro repugnante glossae irrepserunt: CPE: *,interclaudier'*, D: *,intercludier'*, G: *,concludier'*, G corr.: *,intercludier'*.

Eun. 212. *Co: „,qui effectum dabo'* ,qui' pronomen." In Bembino: *,qui . . . . . tum dabo'*, ut spatium inter *,qui'* et *,tum'* 5 (non 6) litteris sufficiat. ς: *,quin'*. Mihi quidem *,quin'* correctura certe supervacanea videtur esse alicuius (Calliopi?), qui ita interpretatus est: minime: immo quod imperasti faciam [2]).

Eun. 796. *Co: „,nisi vi maris eripi'* deest alterum ,si', ut sit: nisi si." A: *,nisi vi'*; ς: *,nisi si vi'*, cui lectioni metrum obstat [3]).

Eun. 302. A^1: *,ut illum di deaeque seneum perdant'*, A^3: *,seneum'* mutavit in *,senium'* et *,perdant senium'* transposuit [4]). DG: *,deaeque omnes senem'*; CP: *,deaeque senem omnes'*; E: *,deaeque omnes perdant senem'*. *Co: „,di deaeque omnes senium perdant'* plus dixit *,senium'* quam ,senem'. nec mireris post *,senium'* qui additum, non quod, quia declinationem ad intellectum rettulit, ut alibi *,in Eunuchum suam'*. Et senex ad aetatem refertur, senium ad convitium. sic Lucilius: *,ast ait quid iam te, senium atque insulse sophista?'*." In Donati igitur libro integra lectio *,senium'* erat [5]).

Eun. 306. A: *,prorsum'*; ς: *,prorsus'*; lemmata: *,prorsus'*; sed scholiasta adnotat: „,prorsum' id est recte vel omnino. Nam ,prorsum' est porro versum; hinc et prosa oratio, quam non

---

[1]) De hac correctura idem valet atque supra de formis *,dixti — dixisti'* sim. diximus. (p. 34.)

[2]) Umpf., Fleck. Bembinum sequuntur; Fabia cum Bent. Wag. Dz. scribit: *,quin factum dabo'*.

[3]) Schol. Eun. 797 neglegenter citatur: *,nisi tibi maris eripi'*. — cf. Fabia ad h. v.

[4]) Kauer Stud. Vind. XX, 269.

[5]) Lemma non ad genuinum commentum redit: itaque Donatum *,omnes senium'* legisse Kauer et Fabia falso adnotant; neque abest suspicio in textu codicis, cuius in margine olim scholia fuerunt, ut in DG fuisse *,omnes senem'*, sed in lemmate *,senium'* ab auctore eius quod ad nos pervenit commenti ex scholio esse restitutum. De correctura *,senem'* et additamento illo *,omnes'* optime disputat Fabia ad h. v. — Causis, quibus Kauer, ut cum Ioviale verba transponat, adducitur, mihi non persuasit; etiam alibi *,di deaeque perdant'* („die formelhafte Wortfolge") verbis interpositis disiunguntur: Haut. 810: *,ut te . . . di deaeque omnes, quantum . . . ., perduint'*; Phorm. 687: *,ut te quidem omnes di deae, superi inferi, malis exemplis perdant'*.

inflexit cantilena." — In antiquo sermone formae *‚prorsum — prorsus'*, *‚rursum — rursus'* promiscue scribuntur, recentiori scribendi usui solae formae in *‚-us'* exeuntes conveniunt [1]).

Eun. 326. ς haec: *‚quid hoc est sceleris'* Parmenoni tribuunt, A continuat Chaereae. Ex commenti scholio: „*‚hoc'* propter quod patior, inquit; nunc enim scelus dixit a sene commissum." scholiastam haec verba cum Bembino Chaereae tribuere elucet. Iam Bentleius recte animadvertit hanc exclamationem servo per hanc scaenae partem perquam tranquillo non convenire [2]).

Eun. 430. A hunc versum Gnathoni adsignat, ς continuant Thrasoni. *Co:* „. . . . addidit enim parasitus, quo gravius sit dictum, comminationem eius, in quem dictum est, utpote inprudentem adulescentem et liberum; scit enim homines stultos malos videri velle. Et vide parasitum in isdem versari, cum ait supra ‚iugularas', hic ‚dolet dictum' . . . ." Scholiasta igitur cum Bembino facit. Suo iure Fabia adnotat: „C'est par une erreur manifeste que ς attribue ce vers à Thrason."

Eun. 810. A initium versus Gnathoni, ς adscribunt Chremeti. *Co:* „*‚satis hoc tibi est'* ad repetendam scilicet virginem sumendamque in iure vindictam"; scholiasta igitur ad Bembini memoriam accedit. Fabia: „Ces paroles sont attribuées, à tort évidemment, par ς à Chrémès."

Eun. 861. A: ‚Th. *abin hinc insane? Py. quid ita vero? debeam* . . . .'; *Co:* „*‚quid ita vero debeam'* ‚abeam' subauditur." In ς verbo *‚debeam'* substitutum est *‚abeam'*. Hoc ipsum scholion effecisse videtur, ut *‚abeam'* pro glossa superscriberetur; quod deinde pro *‚debeam'* in textum irrepsit.

Eun. 998. *Co:* „*‚necessus'* nomen est." A: *‚necessus'*; ς: *‚necesse'*. *‚necessus'* antiqui sermonis forma est [3]).

Ad. 522. *Co:* „*‚misere nimis'* nimis abundat more comicorum." ς: *‚misere cupio . . .'*; A: *‚misere rivos cupio'*; *‚rivos'* a A^2 in *‚otios-um'* mutatum est (Kauer). Cum Kauer *‚rivos'* in A de glossa *‚otiosum'* superesse ideoque a A^2 in *‚otiosum'* mutatum esse arbitretur, equidem cum iis facio, qui *‚rivos'* ex illo *‚nimis'* ortum esse censent. Et cum scholii lectione, ad quam etiam Bembini corruptela redire videatur, iustus efficiatur versus (octon. iamb.), hanc esse integram persuasum habeo. Nam

[1]) cf. Lindsay-Nohl p. 636. [2]) cf. Fabia ad h. v.

[3]) Similiter Haut. 360: A: *‚necessus'*; A^3 ς: *‚necesse'*.

quid facilius potuit fieri quam ut *‚nimis'* vox scilicet abundans pro glossa haberetur et omitteretur?

Ad. 528. A: *‚nihil in mentem est'*; ς cum *l*: *‚in mente est'*. Scholii, quod falso lemmate adscripto ad v. 530 *‚hisce opera ut data sit'* pertinere Wessner docet, ex verbis: ‚veniat in mentem' haud scio an recte conicias scholiastam legisse: *‚in mentem'*.

Ad. 837. A: *‚ne . . . rationes . . . et . . . animus . . . subvortat'*; ς: *‚subvertant'*; scholiasta cum A habet singularem *‚subvertat'*; pluralem ad correcturam redire in promptu est.

Hec. 67. Schol. Eun. 240 cum A: *‚nam nemo illorum quisquam'*; ς cum *l*: *‚nemo quisquam illorum'* [1]).

Hec. 351. A: *‚quae inter vos intervenerit'*; ς: *‚intervenit'*, quod etiam in *l* est. Sed ex scholio: „melius sic quam si diceret: ‚quae illi feceris'" scholiastam *‚intervenerit'* legisse colligere licet; quae lectio metro confirmatur.

Hec. 433. A: *‚qui mecum una vectus est'*; ς: *‚advectus'*; in scholio cum *l*: ‚vectus'. Per rem metricam utrumque scribere licet.

Hec. 538. Schol. Hec. 548, 711 cum A: *‚nuptam posse filiam tuam'*; ς: *‚filiam posse tuam'* (F: *‚filiam tuam posse'*), quae lectio metro non convenit.

Hec. 586. A: *‚certo decrevi'*; ς: *‚certe'*; in scholio cum *l*: *‚certo'*.

Hec. 596. A: *‚mortemve exspectet meam'*; ς: *‚exoptet'*. Ex schol. Hec. 595: „. . . exspectationem ad filium refert. hinc enim odio digni parentes exspectati appellantur" scholiastam *‚exspectet'*, quod etiam *l* exhibet, legisse elucet; *‚exoptet'* pro glossa irrepsisse videtur.

Hec. 618. A: *‚nescio'*; ς: *‚nescias'*, (EF, D schol. in marg., addunt glossam *‚nequeas'*); *l*: *‚nescias'*; sed ex scholio: „hoc verbum ex aliqua parte confirmativum est et consentientis" scholiastam *‚nescio'* legisse colligere licet [2]).

Hec. 867. A: *‚. . . hic, quos par fuerat, . . . sciunt; quos autem non . . . aequom est, neque resciscent . . . .'*; *Co:* „*‚hic quos par fuerat'* ‚hic' in hac comoedia. An: in hac re?" ς: *‚hi quos'*; quae lectio ad correctorem (Calliopium?) redit, qui textum ita emendare sibi visus est, ut optime opponerentur *‚hi quos par fuerat'* illis *‚quos non scire aequom est'*.

[1]) In schol. Phorm. 80 (cum ς citatur) haec verba postea addita sunt.

[2]) Idem censet Umpfenbach.

Phorm. 141. *l* (bis) cum A: ,*amitte*'; ς: ,*omitte*'. Etiam scholiastam ,*amitte*' legisse hoc scholion testatur: „,*amitte*' quod nos ,dimitte'. ut (Aen. II 148) ,amissos hinc iam obliviscere Graios' et Sallustius: ,pactione amisso Publio legato'" [1]).

Phorm. 363. A: ,*cui opera vita*'; ς: ,*cui in opere vita*'; *Co:* A „1 ,*cui in opere vita erat*' ,vita' pro victu posuit. 2 Et ,opera' hic septimus casus est." — B „1 ,*cui opera vita erat*' hic ostenditur quam pauper fuerit. 2 ,*opera vita*' ,opera' septimus casus est et ,vita' nominativus" [2]). Scholia igitur utriusque corporis ad Bembini lectionem accedunt; lemmata utramque agnoscunt, ut in meliore scriptoris libro Bembini, in deteriore librorum ς lectionem fuisse appareat [3]).

Phorm. 610. *Co:* „,*volup est*' hoc volup nomen est, ut hoc facul; sic enim veteres per *ἀποκοπήν* loquebantur." A: ,*volup est*'; C D E[1]: ,*volupe est*'; P F G E[2]: ,*voluptas est*' [4]).

Duobus locis scholia easdem quas Bembinus exhibet sequuntur corruptelas:

Eun. 230. ς cum *l:* ,*mirum ni ego me turpiter . . . dabo*'; schol. Phorm. 23 cum A: ,*ni egomet turpiter*' [5]). Haec corruptela dittographia scilicet litterae *t* orta iam in Donati libro fuisse videtur.

Hec. 737. In scholiis identidem cum A: ,*sit*', quod ad Donati librum referre licet. ς: ,*siet*', quae forma plena metro apta est. Alterum *l:* ,*sit*', alterum: ,*siet*' [6]).

Ubi autem scholia contra Bembinum ad librorum ς accedunt memoriam, plerumque horum est integra lectio:

Eun. 87. *Co:* „,*cur non recta introibas*' quasi parum fuerit ,introibas', satis mire addidit ,recta'." In A ,*recta*' non est. Fabia ,*recta*' pro glossa irrepsisse censet. Sed cum ,*recta*' in versum conveniat neque quomodo aliquis, ut ,*recta*' pro glossa adderet, adduci potuerit, mihi liqueat, hoc verbum in genuina lectione fuisse pro certo habeo. Quod si est, ,*recta*', quoniam etiam scholiastae offensioni erat, facile potuit omitti.

Eun. 397. A, quocum facit alterum lemma [7]): ,*maximas gratias*'; glossam ,*gratias*', quae metro non convenit, neque ς habent

[1]) cf. Hauler ad h. v. — An ,*omitte*' Calliopi correctura?

[2]) De duobus variis scholiorum corporibus v. Wessner vol. I praef. p. XI—XV, XXII; vol. II praef. p. VI sq.

[3]) cf. Hauler app. crit. — De forma bisyllaba ,*quoii*' cf. Sommer p. 465.

[4]) cf. Hauler ad h. v. — Lindsay-Nohl p. 236.

[5]) cf. Fabia ad h. v. — cf. And. 361 p. 71.

[6]) cf. p. 17. [7]) v. p. 52 adn. 3.

neque scholiasta legit: „,. . . *semper maximas agebat*' subauditor ,gratias'."

Eun. 765. A: ,Th. *mane.* Ch. *melius est.* Th. *omitte.* Ch. *iam adero*'; utramque Chremetis notam induxit Ioviales. ς: ,Th. *mane.* Ch. *melius est.* Th. *mane.* Ch. *omitte. iam adero*'. Commenti scholia ad ς accedunt: „1 ,*melius est*' fugae occasionem hic cupit dari. 2 ,*mane*' hoc gestu iam adiuvatur. 3 ,*omitte iam a.*' ex huius verbis apparet etiam manu comprehensum esse adulescentem. 4 ,*omitte iam a.*' quia causam probari non videt, celeritatem redeundi pollicetur." — Equidem Donati et librorum ς lectionem integram esse censeo; nam nonne alterum Thaidis ,*mane*' facile potuit omitti? [1])

Eun. 779. ς: ,*qui abstergerem vulnera*'; *Co:* „,*qui*' hoc est unde." A: ,*quin*'; Bembini lectio ne metro quidem convenit.

Eun. 912. A: ,*move oro ocius te mea nutrix*'; ς: ,*move vero ocius te nutrix*'; *l:* ,*move vero te ocius*'. Scholiasta adnotat: „,*vero*' pro interiectione est stomachantis." Kauer [2]) de hoc loco haec disserit: „Über ,*oro*' standen (im Bembinus) zwei Buchstaben, von welchen der zweite bestimmt ein E war; es war also nach ς ,*oro*' in ,*vero*' geändert worden. Da dieses ,*vero*' auch durch Donat bezeugt ist, so ist zu überlegen, ob hier nicht zu der Lesart der anderen Codices: ,*move vero ocius te nutrix*' (cf. And. 731 ,*move ocius te*') zurückzukehren ist. Die Lesart ,*oro*' kann durch Interpolation für das leicht ausfallende ,*ve*' von ,*vero*' in den Text gekommen sein; das ,*mea*' ist wohl nur auf ein ursprünglich darübergeschriebenes ,*mea*' zurückzuführen. Vielleicht ist an ein absolutes ,*move*' zu denken (so daß ,*mea*' beibehalten werden kann), worauf die Antwort der Sophrona hinweist." Equidem ,*move*' absolute dictum esse, cum ,*te*' subditicium esse etiam eo quod in lemmate vario est loco probetur, iam pro certo habeo. Postquam mature — id quod facile potuit fieri — ,*te*' additum est, Calliopius ,*mea*' delendo rei metricae satisfacere sibi visus est.

Eun. 987. ς cum *l:* ,*an in astu venit*'; scholiasta adnotat: „,in astu' in urbem de Piraeo." A: ,*an is astu*'. Ex Graeco illo *εἰς ἄστυ* ,*in astu*' scribendum esse patet; Cicero, De leg. II 2: ,ut vestri Attici, priusquam Theseus eos demigrare ex agris et in astu quod appellatur omnes se conferre iussit . . . .' (Fabia).

[1]) Umpf. Fab. Fleck.[2] Bembinum, Wag. Fleck.[1] ς sequuntur.

[2]) Stud. Vind. XX, 274.

Ad. 70. A: *,pavet'; ς: ,cavet'; Co: „,tantisper cavet'* . . . Et bene ,cavet' dicit quasi malo." Equidem cum *,cavet'*, nimmt sich zusammen, atque *,rursum ad ingenium redit'*, zeigt wieder offen seine Natur, melior antithesis esse mihi videatur, *,cavet'* genuinum esse censeo [1].

Ad. 640. A: *,dicere'; ς: ,credere'; Co: „,credere'* autem magno affectu dixit, non enim confiteri ut patri, sed credere ut parenti aut sodali suo." — *,dicere'* glossam esse apparet.

Ad. 749. A: *,ita me di bene ament, ut video ego tuam ineptiam'*; in ς *,bene'* non est; CPEF transp. *,tuam ego'; l: ,ita me di ament ut video tuam ineptiam'*. In scholio cum ς: *,ita me di ament'*. *,bene'* subditicium esse, cum eadem res etiam alibi observetur, probabile est [2].

Hec. 62. In A contra metri leges ante *,ducturum'* irrepsit *,se'*; quod schol. Hec. 99 (cum ς et *l*) non est.

Hec. 97. A: *,modo quod'; ς: ,modo quae'; Co:* „1 *,modo quae'* ,quae' qualia et quanta. 2 *,quae'* acuendum est, ut sit: qualia et quanta et hoc *ὑπερβολικόν*." — *,quae'* integrum est; quod, cum haec antecedant: *,quid hoc negoti est'*, facile potuit in singularem mutari. Sed quomodo hic pluralis pro singulari scribi potuerit, equidem non perspicio.

Hec. 115. ς: *,amabat ut cum maxime tum Pamphilus'*; in A *,ut'* non est. *Co:* „et *,ut'* positum est pro quemadmodum." Et sententia et metro *,ut'* confirmatur.

Hec. 343. *Co: „,cui odio ipsus est'* deest ,eum' vel ,eam'." Hoc *,eum'* a scholiasta desideratum irrepsit in Bembinum.

Hec. 417. ς: *,tantum quam'*; A: *,tantum quantum'*; lemma cum Bembino facit [3]; sed scholiasta adnotat: „*ἀνακόλουθον* quartum: non enim intulit ,quantum' ut Vergilius ,quanto . . . tam' (Geo. IV 411)." — Bembinum correctoris manum expertum esse in promptu est.

[1]) cf. Kauer adn. et app. crit. — De *c* et *p* litteris inter se mutatis v. Friedrich, Comment. ad Catull. p. 331 (Lucan VI 486: ,et pavet'] ,et pavet
et pavet
et cavet' A: i. e. et cavet).

[2]) *,bene'* contra metrum additur Eun. 615 a A² et in ς, Hec. 579 in D. Contra Hec. 206 *,bene'* quod propter metrum necessarium est, omittitur in ACPE (in scholio cum rell. est).

[3]) Cum lemmata haud ita raro easdem atque solus Bembinus exhibeant corruptelas, alter et melior commenti auctoris liber arto quodam vinculo cum Bembino coniunctus fuisse videtur.

Hec. 555. A: *,quacum'; ς: ,quicum'; Co: „,quicum'* non quacum, sed quicum, ut a quibus, non a quis" [1]).

Hec. 597. In scholio cum ς: *,tempus est concedere'*; A: *,tempus est me concedere'*. Etiam Hec. 62 (p. 52) pronomen saepissime in Terenti sermone omissum [2]) in A additur.

Hec. 613. In scholio cum ς: *,quid ita istuc vis?'*; in A *,vis'* non est. Fleckeisen, ut iustum efficiat versum, *,tu'* addit: *,quid ita tu istuc'*; sed cum commenti lectio metrum expleat, nihil obstat, quominus, — quod, quantum memini, interdum accidit —, in A exeunte versu verbum intercidisse censeamus.

Hec. 728. A: *,quid velit'; ς: ,quod'; Co:* „ordo: quin, quod velit, sit, quod suspicor." Bembini lectio videtur redire ad correctorem quendam, qui locum male intellegens *,quid velit'* ex *,suspicor'* pendere censebat.

Hec. 787. In scholio cum *l* et ς: *,ob eam rem vis ergo introeam?'* A: *,vin'; ,vis'* particula interrogativa omissa integrum esse probabile est [3]).

Hec. 878. Hunc versum Pamphilo continuat A, Parmenoni tribuunt ς. Scholiasta cum ς Parmenoni, cui haec verba convenire in promptu est, adscribit: „*,temere quicquam Parmeno'* sibi ipsi hoc dicit et se nominat, ut (Aen. II 549) ,degeneremque Neoptolemum n. m.' et (Phorm. 1027) ,age nunc Phormionem qui volet lacessito'." Schol. 4: „Convenit hoc dictum abeunti meretrici" postea additum esse patet.

Phorm. 148. A: *,spectatis'; ς: ,exspectatis'*, quod etiam bis in *l* est; scholiasta quoque *,exspectatis'* legit: „et recte locutus est, quia adventus est finis exspectationis." Bembini lectio ad librarii mendum redire videtur.

Phorm. 265. A: *,unum cum noris, omnes noris'; ς: ,unum cognoris, . . . noris'*; scholiasta adnotat: „et varie ,cognoris . . . noris'." — Equidem *,cognoris'* genuinum esse censeo. Nam ut posteriore aetate nescioquis coniunctionem desiderans *,cognoris'* in *,cum noris'* mutaret, facile potuit fieri; sed pro *,cum noris'* scriptum esse *,cognoris'* vix credibile est [4]).

[1]) v. Hec. 527 p. 41.

[2]) v. Hauler ad Phorm. 54, Spengel ad And. 14.

[3]) cf. p. 21 sq.

[4]) Sed cf. Hauler ad h. v.; certe „variandi studium" non minus ad meam opinionem confirmandam valet.

Phorm. 267. A, quocum facit alterum *l* [1]): *,cum ille abest, hic praesto est'*, (*,hic'* add. A^3); ς: *,cum ille est'*. *Co:* „2 *,cum ille est' ζεῦγμα,* nam hic subaudiendum ,in noxia' est. 1 . . . . . . huic loco reddidit Cicero illum locum in Verrinis (VI 12, 31) ,qui cives Romani erant, si Siculi essent, tum si eorum legibus dari oporteret, qui Siculi, si cives Romani essent'. nam subauditur ad ,qui cives Romani erant' ,iudices dabantur', ad ,si Siculi essent' subauditur ,rei'." Igitur scholiasta haud dubium est quin legerit: *,cum ille est, hic praesto est'*, quam lectionem integram esse luce est clarius; Bembini scriptoris consilium facile perspicitur.

Phorm. 511. A: *,aere emptum meo'; ς: ,suo'; Co:* „*,aere emptum suo'* belle ,suo' quasi de tertia persona." *,suo'* integrum esse censeo; nam quod *,suo'* in *,meo'* mutatum est, mirum non est; sed quomodo *,suo'* pro *,meo'* scribi potuerit, non liquet.

Aliis locis, quibus scholiorum lectiones ad Donatum referre licet, res aliquantum dubia est:

Eun. 1022. A: *,uterque in te exempla edent'*; schol. And. 651 cum ς: *,uterque exempla in te edent'*. Utraque lectio metro satisfacit; sed nescio an in Donati lectione melior sit rhythmus.

Ad. 127. A: *,tun consiliis quicquam'; ς: ,tune consulis'* (E: *,consilis'*); scholiasta adnotat: „quia praedixit *,consiliis ego pater sum'*, a coniugatis argumentatus respondit *,tu consulis quicquam'*, quia a consulendo consilia dicuntur et consultores." Cum particula interrogativa omissa scholii lectionem perantiquam esse testari videatur, quid de hoc loco iudicem, satis incertus sum; *,consulis'* et *,consilis'* tam similia sunt, ut facillime confundi potuerint; et si *,consulis'* poeta scripserat, antecedens *,consilis'* hic quoque facile irrepere potuit. At Demeam ipsum illud Micionis vocabulum per irrisionem iterare verisimilius est.

Phorm. 681. A: *,inde sumam'*; schol. Phorm. 786 cum ς et *l: ,id sumam'*.

In Eun. 316 A habet *,iunceam'*, ς *,iunceas'*; schol. And. 941, quod subditicium esse Wessner inclinatis litteris significat, cum ς facere per se patet.

Hec. 160 A exhibet *,atqui ea res'*, ς *,atque'*; *Co:* „*,atqui ea res'* atqui immo. legitur et *,atque'*." Hoc scholion, cum in meliore

[1]) v. p. 52 adn. 3.

eius libro adnotatum esset: „*,atqui'* immo", in deteriore autem legeretur *,atque'* auctor ipse conscripsisse videtur [1]).

Haud ita raro etiam Bembini correctores (A^2 aut A^3) ad librorum ς accedunt lectiones; scholia commenti plerumque meliorem sequuntur memoriam.

Uno loco lectio A^2 ς commenti scholio confirmatur:

Eun. 150. ς: *,quo id fiat facilius'*; A: *,quo* (*id* suprascr.) *fiat fac facilius'*, *,id'* add. A^2; *Co:* „*,quo id fiat' παρέλκον*: bis *,id'* posuit." Umpfenbach, Fabia *,id'* tenent, sed Kauer [2]) dicit: „Ich halte das von m^2 mit ς überschriebene *,id'* für entbehrlich und möchte den Text des A nicht aufgeben." At cum Bembini librarius etiam dittographia illa *,fac facilius'* commissa in hoc versu neglegentiam quandam praestiterit, *,id'* eius socordia omissum esse probabile est.

Aliis locis, ubi A^2 cum ς facit, scholia ad A^1 accedunt:

Eun. 187. In scholio cum A^1: *,ibi me macerabo hoc biduum'*; A^2 [3]) cum *l: ,ibi me hoc macerabo biduum'*; ς: *;ibi hoc me macerabo'*. Transpositione a A^2 facta nullo modo melior fit versus; in utraque lectione *,ibĭ'* pronuntiandum est, quae res ex observatione A. Boemeri (De corr. voc. nat. iamb. Ter. p. 68) apud Terentium non occurrit. Quae difficultas librorum ς lectione vitatur. Donatus igitur Bembini versum legisse videtur; A^2 cum *l* sexti saeculi vulgatam sequitur; ς ad Calliopi correcturam redire consentaneum est.

Eun. 288. ς: *,facete dictum: mira vero militi quae placeant'*; A: *,qui placeat'*, corr. (*ae* suprascr.) A^2; *Co:* „*,mira vero militi quae placeant'* ,mira' pro ,mirum' . . . . et est ironia: quid mirum est, inquit, facete loqui eum qui militi placeat." Ex his scholii verbis elucet scholiastam cum A^1 legisse: *,qui placeat'*, quam lectionem esse integram negari non iam licet. Olim qui *,quae placeant'* scribendo textum corrigere sibi visus est, in idem in-

[1]) Eadem varietas Eun. 758: A: *,atqui'*; ς cum *l: ,atque'*. Lemma *,atque'* iam in sexti saeculi vulgata fuisse testatur.

[2]) Stud. Vind. XX, 267.

[3]) Kauer Stud. Vind. XX, 268; Umpf. hanc correcturam A^3 (corr. rec.) adscribit.

cidit vitium atque nostra aetate Wagner, qui interpretatur: mira dicta esse oportet, quae eiusmodi sunt, ut militi placeant [1]).

Eun. 831. *Co:* „*,iusti'* συγκοπή metaplasmus pro ,iussisti'." A^1: *,ut tu iusti',* A^2: *,iussisti';* D G E: *,ut tu iussisti';* C P F: *,ut iussisti'* [2]).

Ubi Ioviales (A^3) corruptam librorum ς lectionem sequitur, scholia ad integram Bembini (A^1) accedunt memoriam:

Eun. 632. A^1: *,puto';* A^3 cum ς: *,reputo'.* *Co:* „*,dum haec puto'* id est aestimo, ut (Aen. VI 332) ,multa putans . . .' An ἀφαίρεσις pro ,reputo'? putamus enim instantia, reputamus praeterita." *,reputo'* haud dubium est, quin glossa sit; quae ut textui superscriberetur, fortasse ipsum alterum commenti scholion in margine adscriptum effecit.

Eun. 684. *Co:* „*,nunc tibi videtur foedus'* facete ,videtur foedus'." A^1: *,videtur foedus'* A^3: *,videtur eo foedus';* C P: *,nunc eo videtur';* D G E F: *,nunc eo tibi videtur'.* *,eo'* quod pro glossa irrepsit, metro non convenit [3]).

Eun. 957. A^1: *,nunc minatur porro sese id quod moechis solet';* *,porro'* del. et *,facturum'* superscr. A^3; ς: *,minatur id facturum sese'.* *Co:* „*,minatur p. s.'* deest ,facturum'. — *,id quod moechis s.'* subauditur ,fieri' et ,facturum'." Suo iure Fabia adnotat: „Ces deux leçons (de A^3 et ς), impossibles pour le mètre, proviennent évidemment d'une glose." Cuius rei ipsum scholion causa videtur esse.

Eun. 1064. A^1: *,edico tibi, si te . . . offendero . . ., quod dicas mihi';* A^3 super *,quod'* addidit *,nihil';* ς cum *l: ,nihil est quod dicas mihi'.* Ex commenti scholio: „aut deest ,non est', ut sit: non est, quod dicas mihi, id est nihil est; aut *,quod dicas mihi'* pro ,ut dicas mihi', ut sit ,quod' pro ,ut'; aut ,quod' pro ,quid enim', ut sit: quid enim dicas mihi. certum autem est veteres sic locutos esse" scholiastam additamentum illud, cuius causa huius scholii prior pars videtur esse [4]), non legisse elucet. Fabia dicit: „Ces deux dernières leçons (de A^3 et ς) sont des corrections maladroites, impossibles d'ailleurs pour le mètre, de co-

[1]) cf. Fabia ad h. v. [2]) v. p. 34.

[3]) Bentleius *,eo'* defendit, delet *,tibi'*, quia „non solum Pythiadi, sed cuique ita foedus videbatur".

[4]) Tria hic scholia in unum coacta videntur, quorum certe primum et alterum in vulgatae libro fuerunt.

pistes, qui n'ont pas compris la construction un peu difficile." Quod etiam lemma additamentum illud exhibet, mirum auctoris conscribendi genus cognoscimus; qua re explicatur, quod etiam in schol. Eun. 785 corrupta lectio irrepsit [1]).

Hec. 747. A^1: *,nam neque ille hoc animo erit aetatem neque pol tu eadem ista aetate';* A^3 *,aetatem'* delet, ς non habent. Scholiasta facit cum A^1: „*σχῆμα λόγου· πλοκή:* prius *,aetatem'* adverbium et posterius nomen." *,aetatem'* propter metrum necessarium est; apparet *,aetatem'* a correctore deletum esse, qui his *,eadem ista aetate'* sequentibus commotus supervacaneum esse censeret.

Hec. 783. Post *,ipsa'* libri ς habent Bacchidem respondentem: *,faciam',* quod in Bembino A^3 super *,ipsa'* addidit. Hoc additamentum, quod in versum cogi non potest, in commento non est.

Phorm. 877. A^3 et ς cum *l: ,illam audivi fabulam';* scholiastam cum A^1 legisse *,inaudivi'* probat locus Plautinus scholio allatus: „Plautus in Milite glorioso ,nam os columnatum poetae esse inaudivi barbaro'." Cum *,inaudiendi'* verbum nullo nisi hoc loco apud Terentium occurrat, nimirum in plerisque libris *,audivi'* scriptum est [2]).

Eun. 370. In scholio cum A^1: *,capias illius vestem';* A^3 ς cum *l: ,capias tu illius vestem'.* Ut utrique lectioni nihil obstet, hic quoque Donati et Bembini consensui confidere licet.

Sed Ioviali et libris ς, ubi integram sequuntur memoriam, etiam commenti scholia adsentiuntur:

Eun. 32. A^1: *Eunuchum suum';* A^3 ς: *,Eunuchum suam';* *Co:* „*,in Eunuchum suum'* ad fabulam, non ad hominem rettulit, ut (Aen. V 122) ,Centauro invehitur magna'." Schol. Eun. 302: „. . . . declinationem ad intellectum rettulit, ut alibi *,in Eunuchum suam'.*"

Eun. 388. A^1: *,faciam';* A^3 ς: *,facias';* *Co:* „*,facias'* pro facito." Mihi quidem, cum haec subsequantur *,verum ne post conferas culpam in me', ,(tu) facias'* integrum videtur esse [3]).

[1]) Illic quoque additamentum illud *,nihil est'* contextui minime convenit: suspicor auctorem hunc locum non nisi singulis litteris significatum invenisse, tum ex suo vulgatae libro, ut ibi scriptus erat, exscripsisse neque animadvertisse hunc textum cum ipso scholio pugnare. Wessner ineptum additamentum uncis secludit.

[2]) cf. Hauler ad h. v. [3]) Sed cf. Fabia ad h. v.

oculis
Eun. 601. ς: *,ego limis specto'*; A: *,sublimis specto'*, *,sub'* del., *,oculis'* add. A^3 (*,oculis'* addito interpretaturus). *Co: „,ego limis specto'* ,limis' si nominativus est singularis, transversus significat, si septimus pluralis, deest ,oculis'. — *,limis specto'* cum limi dicantur obliqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur."

Eun. 821. *Co: „,quam ob rem quid f. e. taces'* haec *ἀσύνδετα* instantis dominae vultum habitumque demonstrant." A^1: *,aut quid'*, *,aut'* ind. A^3; in ς *,aut'* non est. Iure dicit Kauer [1]): „Ioviales hat *,aut'* gestrichen. Es bleibt auch wohl besser weg, da das Asyndeton den heftigen, dringenden Fragen der Thais entspricht. (cf. scholion) Glossen, die in den Text eingedrungen sind, finden sich auch im Bembinus nicht selten."

Eun. 1076. *Co: „,suppeditare'* . . . . aut pro ,suppeditari' aut deest ,se'." A^1: *,suppeditari'*; A^3 ς: *,suppeditare'*. Fabia: „Le verb est pris intransitivement, dans le sens de ,sufficere, suppetere'; comp. Plaute Asin. 420: ,clamore ac stomacho non queo labori suppeditare', Trin. 1019: ,ita gaudiis gaudium suppeditat'. On peut l'entendre de même dans ce passage de l'Heaut., 939: ,nam si illi pergo suppeditare sumptibus'. Il n'y a pas aucun exemple certain de *,suppeditare'* transitif chez les comiques; ce qui rend suspecte la leçon de A . . ."

Phorm. 120. A^1: *,ille . . . daret?'*; in scholiis Phorm. 69, 304 cum A^3 ς: *,illene . . . daret?'* Omnino particula omissa lectionis auget fidem; sed cum hic, ut particulam omitteret, re metrica aliquis adduci potuerit, Donati cum A^3 et ς consensui confidere oportere censeo.

Phorm. 690. *Co: „,ulcus tangere'* proverbiale . . . ." A^3 et ς: *,ulcus'*, A^1: *,volnus'*, quod pro glossa irrepsisse in promptu est.

Phorm. 836. *Co: „,te suam rogavit rursum ut ageres'* ,partem' iterum subaudimus. et est *ζεῦγμα* a superiore." A^1: *,suas'*; A^3 et ς: *,suam'*. Cum hoc scholion haud dubie ad Donatum redeat, — haec brevia scholia, quae ad ultimam Phormionis partem exstant, ex meliore libro, in quo integrum alterius excerptoris scholiorum corpus fuisse videtur, exscripta esse credibile est —, poetam singularem scripsisse pro certo habeo. Qui pluralem substituit, propter modo antecedentem pluralem *,partes'* librarii mendum emendare sibi visus est.

[1]) Stud. Vind. XX, 273.

Compluria commenti scholia, ubi Ioviales cum ς Bembino adversatur, utramque agnoscunt lectionem; quamquam hic status per se iam in Donati libro fuisse potest, tamen plerumque ex scholiorum forma duplicem scholiorum memoriam ad duos auctoris libros revocare licet:

Ad. 607. A^1: *,se semper credunt claudier'*; A^3 cum ς: *,neglegi'*, quod pro glossa irrepsisse certum est [1]); *Co: „,neglegi'* legitur et *,claudier'* id est claudicare." Si contuleris schol. Eun. 164: „*,claudier'* claudi aut claudicare" [2]), Donatum ad hunc locum adnotasse intelleges: „*,claudier'* id est claudicare", quale scholion in meliore illo libro fuisse consentaneum est. Cum autem in vulgata editione *,neglegi'* esset, scholion, quale exstat, conscriptum est [3]).

Hoc contaminandi genus etiam magis apparet

Hec. 246. A^1: *,Phidippum video; hinc iam scibo'*; A^3 cum ς: *,ex hoc iam scibo'*; *Co: „,ex hoc iam scibo'* legitur et *,hinc'*, locale adverbium." Genuinum scholion in meliore libro fuisse apparet hoc: „*,hinc'* locale adverbium."

Phorm. 71. A^1: *abeuntes ambo hic tum senes me filiis relinquunt'*; A^3 cum ς: *,hinc'*; *Co:* „et *,hinc'* et *,hic'* legitur. et est ordo: hic relinquunt filiis." Hic ordo lectioni *,hinc'* non convenit: genuinum scholion meliori libro adscriptum fuit hoc: „*,hic'* est ordo: hic relinquunt filiis." Donatus igitur cum A^1 *,hic'* legit.

Phorm. 88. A^1: *,ilico'*; A^3 ς: *,ei loco'*; *Co: „,exadversum ei loco'* legitur et *,illico'*. et annotatur: ex abundanti additum, ut apud veteres multa sunt." Duo reliqua scholia ad Iovialis et ς lectionem accedunt: „*,in quo haec discebat ludo'* figurate *τῷ* ,in quo haec discebat ludo' additum est *,ei loco'*. — *,exadversum ei loco' παρέλκον* quartum." Haec duo scholia commenti auctor in vulgatae libro invenit; in altero et meliore ad (eandem atque Bembini) lectionem *,illico'* adscriptum erat: „ex abundanti additum, ut apud veteres multa" [4]).

[1]) cf. Kauer adn. et app. crit.

[2]) v. p. 47.

[3]) Potuit sane fieri, ut iam is, qui genuina scholia in vulgatae librum transtulit, hanc scholii formam effecerit.

[4]) Haud scio an recte conicias in Donati commento nihil fuisse nisi scholion illud „*παρέλκον* quartum", quod utrique lectioni conveniens in utroque libro esse potuit. — cf. Hauler app. crit., Wessner app.

Phorm. 469. A^1: *‚poteretur‘*; A^3 ς: *‚pateretur‘*; *Co:* „*‚pateretur mali‘* legitur et *‚potiretur‘*, quia potiri *τῶν μέσων* fuit. Plautus ‚hostium potitus est‘“ [1]). In meliore libro ad *‚potiretur‘* adscriptum erat: „potiri *τῶν μέσων* fuit. Plautus ‚hostium potitus est‘“, ut Donatum Bembini lectionem habuisse appareat.

Phorm. 761. A^1: *‚solus‘*; A^3 cum *l* et ς: *‚sola‘*; scholiasta adnotat: „si *‚hic‘* legerimus, Antiphonem intellegemus, si *‚haec‘* Sophronam.“ Similis generis scholion [2]) iam supra commenti auctorem conscripsisse coniecimus, ut hic idem suspicari liceat [3]).

III. 1. Persaepe pars quaedam librorum ς cum Bembino consentit, altera pars variam sequitur memoriam: scholia plurima ad Bembini accedunt partem, ubi autem cum altera parte faciunt, huius plerumque est integra memoria.

Plurima scholia ad Bembini accedunt partem [4]):

And. 940. D^1 P G E V: *‚odio‘*; schol. D: „*‚odium‘* secundum Donatum“; A C^1: *‚odium‘*; *l: ‚dignus odio‘*; sed scholiasta facit cum A C^1: „aut accusativus pro ablativo est positus, pro *‚odio‘*, aut separatim *‚odium‘* legendum, ut sit: dignus qui male habearis.“ Spengel adnotat: „*‚odium‘* ist Vokativ, wie *‚lutum‘* Plaut. Most. 1167, *‚propudium‘* Curc. 190 u. a.; *‚odium‘* als Scheltwort für ‚hassenswerter Mensch‘ Plaut. Truc. 210, 320 u. a.“ Correctura illa ex scholio quodam, ad quod huius scholii prior pars referenda est, orta videtur esse.

And. 958. *Co:* „*‚sic‘* delicate pronuntiandum est et separatim distinguendum.“ D G E V cum A *‚sic‘* habent, quod in C P omittitur.

Eun. 17. Schol. Phorm. 947 cum A C, schol. E: *‚quae non condonabitur‘*; P D G E^1: *‚condonabuntur‘*, quae lectio ne metro quidem convenit [5]).

Eun. 50. *Co:* „*‚si quidem possis‘* *διαλογισμός* quasi ad alterum.“ Ex hoc scholio elucet scholiastam cum A P^1 hunc versum et qui sequuntur Phaedriae continuare; C P^2 D G E Parmenoni tribuunt (in D nota Parmenonis super lineam addita est, in P a

[1]) cf. Hauler adn. et app. crit.

[2]) Ad. 837, p. 46.

[3]) Notandum est nostram de Bembini et melioris illius libri mutuis rationibus opinionem (v. p. 52 adn. 3) his scholiis probari.

[4]) Cod. B, apographum librorum C et D, Haulerum secutus omisi.

[5]) De hac correctura v. Fabia ad h. v.

correctore). Fabia hos versus cum his libris Parmenoni tribuere verisimilius esse arbitratur; equidem, quantum fieri potest, cum meliore memoria faciendum esse censeo.

Eun. 274. *Co:* „Et *‚animi‘* pro *‚animo‘* *ἀντίπτωσις* veterum, qui ‚ingens virium‘ (Sall. Hist. III fr. 91 M), ‚dives opum‘ (Aen. I 14), ‚abundans lactis‘ (Ecl. II 20) solebant dicere“; etiam in scholio quod sequitur cum *l: ‚falsus animi est‘*. Umpfenbach adnotat: „In A non fuisse videtur hoc *‚animi est‘*, nam *‚falsus‘*, quod vix conspicitur, spatium usque ad marginem implet.“ Sed Kauer [1]): „v. 274 ist hinter *‚falsus‘*, das nicht bis an den Rand reicht, ganz klein hinzugeschrieben (wahrscheinlich von m^1) *‚ani‘*. A hatte also wohl auch *‚animi est‘*.“ Igitur D^2 cum A: *‚animi est‘*; C P D^1 G E: *‚animo‘*.

Eun. 386. In scholio cum A C D: *‚haec patri aequum est fieri‘*; *l* cum P G E: *‚haec pati aequum est‘*, quod mendum facile explicatur.

Eun. 427. Schol. Eun. 1084 cum A D G F: *‚lepide laute‘*; C P E: *‚laute lepide‘*.

Eun. 460. Schol. cum *l* et A D^1 G E^2 F: *‚ubi vis, non moror‘*; C P D^2 E^1: *‚num moror‘*.

Eun. 493. *Co:* „*‚postea hoc continuo exeo‘* legitur et *‚post‘*, ut sit *ἀποκοπή* pro ‚postea‘, quomodo ‚post‘ pro ‚postremo‘.“ A D G: *‚post‘*; C P E F: *‚postea‘* [2]). In meliore libro et in genuino commento integra erat lectio *‚post‘* cum scholio: „*ἀποκοπή* pro ‚postea‘.“ [3])

Eun. 536. *Co:* „*‚malam rem ibis‘* pro ‚in malam rem‘, ergo adverbialiter dixit, quemadmodum dicimus: domum ibis.“ Ex hoc scholio efficitur scholiastam cum A C P E legisse *‚malam rem‘*; D G: *‚malam in rem‘* [4]).

Eun. 554. *Co:* „*‚enicet‘* *εὐφωνότερον* quam ‚enecet‘.“ A C^1 P^1 D F: *‚enicet‘*; C^2 P^2 E G: *‚enecet‘*.

Eun. 565. In scholio cum A D G: *‚quid ego eius‘*; in C P E F *‚ego‘* (metri causa, ut videtur) omissum est [5]).

Eun. 582. *Co:* „*‚haec‘* pluraliter pro ‚hae‘.“ A^1 E F^2: *‚haec‘*; A^3 C P D G F^1: *‚hae‘*, quae lectio metro non convenit.

Eun. 780. A^1 D: *‚servat domi‘*; A^3 C P G E F: *‚servat domum‘*; scholiasta cum A^1 D facit: „*‚solus Sannio s. d.‘* pro remanet et

[1]) Stud. Vind. XX, 269.

[2]) Cf. Fabia ad h. v.

[3]) cf. p. 59 sqq.

[4]) cf. supra p. 39 sq.

[5]) Correctura Calliopi?

observat, nam *‚servat domum'* rectum erat, non *‚servat domi',* si custodit intellegeretur. Vel ‚servat' pro sedet et servat, ab eo quod sequitur id quod praecedit, nam non servat, nisi qui prius in eodem loco sederit." Fabia: „*‚domum'* correction maladroite d'un copiste qui ignorait l'emploie absolu de ‚servare'."

Eun. 787. Scholiasta facit cum A C P E F: „*‚facerent fugam'* deest rursus ‚ut', ut sit: ut facerent fugam." Illud *‚ut'* contra metri leges irrepsit in D G.

Eun. 797. In scholio cum *l* et A D G: *‚aut tu illam';* C P E F: *‚tu eam',* quae lectio metro commendatur [1]). In hoc enuntiato: *‚tibi illam reddat aut tu eam tangas'* perfacile etiam altero loco *‚illam'* scribi potuit.

Eun. 851. *Co:* „*‚unam hanc noxiam'* trisyllabo nomine dixit *‚noxiam',* quasi ‚noxam'. alibi aliter ‚noxam'." A C P D: *‚noxiam';* rell.: *‚noxam',* quod metro non convenit.

Eun. 1035. In scholio cum *l* et A E P: *‚scis me in quibus sim gaudiis?',* (*n me*) C F: *‚scin me';* D: *‚scis ne';* G: *‚scisne me'.*

Eun. 1056. *Co:* „*‚siquid conlibitum est'* ἔλλειψις pro: ‚siquid conlibitum est, efficis'." $A^3 D^1 F^2$: *‚conlibitum est';* A^1 C P E F^1: *‚collibuit'.* Fabia: „On peut hésiter entre les deux leçons, Plaute n'emploie que le parfait *‚conlubitum est'.* Il n'y a que cet exemple du verbe composé dans Térence; pour le simple il emploie tantôt *‚lubuit':* Eun. 796, Ad. 966 (A^1: *‚lubuit',* A^3ς: *‚lubitum est'*), tantôt *‚lubitum est':* And. 213, 263, Phorm. 970."

Eun. 1082. A C^1: ‚Ch. *mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est.* Ph. *idem ego arbitror.'* C^2 P D G E F priorem versus partem Phaedriae adsignant, posteriorem Chaereae. Scholiastam cum A facere haec testantur scholia: „*‚mirum ni illoc . . .'* facete dixit adulescens rei parcus et qui putet amorem sine damno esse oportere quique fefellerit meretricem, non solum eiciendum non esse militem, sed etiam quovis modo sustinendum ac perferendum. — *‚idem ego arbitror'* iam opus fuit consentionis praecipue Phaedriae, cuius res agitur. nam ita et servata persona est tarde consentientis amatoris." Fabia suo iure haec adnotat: „. . . . L'ordre inverse, qui est celui de A, est préferé à bon droit par Bentley et tous les éditeurs récents: Chaeréa doit être beaucoup plus frappé que Phaedria des avantages de la

[1]) cf. Fabia ad h. v.

combinaison proposée par Gnathon, lui qui n'est pas l'amant de Thais, qui n'est pas jaloux du soldat. D'ailleurs, étant donné le caractère des deux frères, c'est bien Chaeréa qui doit se décider le premier et entraîner par sa décision le consentement de Phaedria."

Ad. 71. In scholio cum A^1 C P E F: *‚rursum';* A^3 D G: *‚rursus'* [1]).

Ad. 87. In scholiis cum A E, schol. F: *‚designavit';* C P D G F^1 V L: *‚dissignavit'* [2]).

Ad. 402. Schol. Ad. 591 cum A C P E: *‚qui egomet produxi'; l* cum D^1 G F: *‚quem egomet produxi'* [3]).

Ad. 573. *Co:* „*‚hanc deorsum'* bene *‚hanc',* quia non est una." D corr.: *‚hac';* rell. cum A: *‚hanc'* [4]).

Hec. 64. *Co:* „*‚ne cuiusquam misereat'* deest ‚te'." A^1 C P^1: *‚misereat';* A^3 P^2 D E F: *‚misereat te'.*

Hec. 174. *Co:* „*‚relinquit'* ἐνάργεια praesentis temporis. legitur et ‚reliquit'." A D F: *‚relinquit';* C P E: *‚reliquit'* [5]).

Hec. 175. Schol. Hec. 224 cum A D^1 F: *‚abdidit se';* D^2 C P E: *‚abdidit sese',* cui lectioni metrum obstat.

Hec. 609. Schol. Hec. 610 cum A C P E: *‚post fortasse';* D F: *‚fortasse post'.*

Hec. 669. In scholio cum altero *l* et A D F: *‚huic suum reddas';* C P E cum altero *l: ‚reddas suum',* quo verborum ordine metrum turbatur.

Hec. 676. A^1 C P D F: *‚aut quid sit id quod sollicitere';* A^3 E: *‚sollicitare'; Co:* „*‚sollicitere'* perturberis, commoveare."

Hec. 746. A D^1: *‚dum tibi tempus consulendi est';* D^2 C P E F *‚tibi'* non habent. Ex scholio 6: „ . . . . et est ordo: dum tempus est tibi consulendi" scholiastam *‚tibi'* legisse efficitur. Scholion 7: „et bis subaudiendum est ‚tibi'", cuius auctor *‚tibi'* non legit, postea, cum scholia iam in vulgatae editionis libro adscripta essent, additum esse consentaneum est.

[1]) v. Eun. 306 p. 47. [2]) v. Kauer adn. et app. crit.

[3]) Schol. Ad. 560 haec eadem lectio reperitur: hic igitur vocabula „nam sic dixerat ‚quem egomet produxi'" postea addita esse apparet.

[4]) Cum correctore D facit Kauer, qui *‚hac',* cum servi sermoni, in quo etiam quinquies legitur, proprium quendam colorem inferat, aptum esse censet. Idem fere corr. D videtur cogitasse.

[5]) v. p. 24.

Phorm. 44. Schol. Phorm. 43 cum A C P E: *,suum defrudans genium'*; D G F cum *l*: *,defraudans'*. *,defrudo'* forma iuste ex Latinae linguae legibus orta est[1]). Postea *,defraudo'* ex analogia quae vocatur restitutum est.

Phorm. 46. In scholio cum *l* et A C P E F: *,quanto labore partum'*; D G: *,sit partum'*, quod metro non convenit.

Phorm. 95. *Co*: „*,hic viciniae'* adverbium in loco est, cuius ad locum *,huc viciniae'*." A C^1 P^1: *,hic viciniae'*, rell.: *,huic viciniae'*[2]).

Phorm. 105. *Co*: „*,nihil aderat adium.'* proprie *,aderat'*. adest enim id quod adiuvat." A P D^2 E F: *,aderat'*; D^1 C G: *,erat'*.

Phorm. 108. *Co*: „*,in ipsa inesset f.'* geminavit praepositionem, ut alibi (Eun. 59) ,in amore haec omnia insunt vitia'." A C^2 D^1 E^2 F^2: *,inesset'*; D^2 G P E^1 F^1: *,esset'*.

Phorm. 154. *Co*: „*,veniat adventi'* multipliciter declinatur: et adventi et adventus." A D G E: *,adventi'*; C P F: *,adventus'*.

Phorm. 209. P^1 D^2 E F^1 cum *l*: *,quin abeam'*; rell. cum A: *,quin abeo'*. Scholiastam integrum legisse indicativum probat scholion: „ . . . et *,quin'* pro ,cur non'."

Phorm. 229. Schol. Phorm. 289 cum A C P E F: *,insidiis'*; D G: *,subsidiis'*.

Phorm. 232. *Co*: „*,age mitto'* legitur et *,ac'*"; in alio scholio et lemmate *,age'*. A D^1: *,ac'*; D^2 cum rell.: *,age'*. Apparet in melioris quo commenti auctor utebatur libri textu et scholiis fuisse *,ac'*, in deteriore *,age'*, ipsum autem vulgatae lectionem secutum variam alterius libri adnotasse. Quod si est, Donatum *,ac'* legisse veri est similius[3]).

Phorm. 249. *Co*: „*,habendae compedes'* vitiosam locutionem servili personae dedit Terentius, nam integrum esset, si diceret ,habendas compedes'. unde quidam non *,esse'*, sed *,usque'* legunt"; schol. Phorm. 286 citatur: *,erus si redierit, molendum esse in pistrino, vapulandum'*. A D^1 G: *,molendum esse'*; C F: *,molendum mihi esse usque'*; P E: *,molendum mihi est usque'*; D^2: *,molendum est mihi usque'*. Kauer vidit etiam in Bembino super *,esse'* scriptum esse illud *,usque'* iam a Donato commemoratum, quod Hauler in textum recipere non dubitat. Sed — mea quidem sententia — Donati et Bembini consensui confidere necesse est[4]).

[1]) cf. Niedermann-Hermann p. 23, Sommer p. 116. – Ad 246 *l* cum A^1: *,defraudat'*, A^3 ς: *,defrudat'*.
[2]) v. And. 70 p. 69. [3]) cf. Hauler ad h. v.
[4]) Structurae tam liberae cotidiani sermonis sunt propriae.

Phorm. 266. Schol. Phorm. 267 cum A C: *,hic in noxia est'*;
i
E P: *,nox//a'*, G: *,noxịa'*, D F: *,noxa'*; *l*: *,noxa'*, quod metro confirmatur[1]).

Phorm. 290. A D G E F: *,horum'*, quod etiam scholiasta legit: „*,horum'* τὸ πλῆρες ,horunce', sic nos ,hunc' et ,hanc'." C P cum altero *l*: *,horunc'*.

Phorm. 351. *Co*: „*,pro deum immortalium'* ἔλλειψις: deest ,fidem' aut quid tale." A^1 D^1 C P^1 *,fidem'* non exhibent; quod contra metri leges additur in A^3 P^2 E F; D^2 in marg.: *,pro deum atque hominum fidem'*; G: *,pro deum atque immortalium hominum fidem'*.

Phorm. 611. *Co*: „*,compluria'* secundum regulam locutus est, nam hoc complure et haec compluria. — *,compluria'* sic veteres, quod nostri dempta syllaba ,complura' dicunt. sic et Cato Originum ,fana in eo loco compluria' et Cicero in Protagora ,confirmandi genera compluria'. credo quia veteres hoc plure, non hoc plus dicebant." A P G F: *,compluria'*; C D: *,complura'*; E:
i
,complura'.

Phorm. 666. Alterum *,opus est'*, quod metro aptum est, omittunt A^1 D^1 G^1 F (additur a A^3 D^2 G^2) neque scholiasta legit: „*,sumptu ad nuptias'* ,opus est' subauditur."

Phorm. 741. *Co*: „*,paululum istorsum'* nunc ,paululum' adverbium est, alias nomen." A F G: *,paululum'*; C P D E: *,paulum'*[2]).

Phorm. 770. *Co*: „*,dum aliud aliquid'* vetuste ,dum aliud aliquid'." A D F: *,aliud aliquid'*; C P E: *,aliquid aliud'*; G *,aliud'* om.[3]).

Phorm. 1025. In scholio cum *l* et A D G E F: *,quid mihi hic affers'*; C P: *,mihi nunc affers'*.

Scholia, quae a Bembini memoria recedunt, quantum cum lectionibus ad genuinum commentum referri possunt, meliorem sequuntur memoriam:

Eun. 106. *Co*: „*,taceri si vis vera dicito'* utrum te taceri aut tuum dictum an impersonaliter infinito modo?" A G: *,tacere si vis'* (sc. ,me'); rell.: *,taceri'*, cuius correcturae origo facile perspicitur. Scholion illud, quod ad vulgatae lectionem accedit, subditicium esse iure suspicari mihi videor.

Eun. 145. Schol. Eun. 144 cum A^2 E et *l*: *,cupio'*; rell. cum A^1: *,cupiam'*. Ex Fabiae adnotatione *,cupiam'* integrum esse elucet. Scholii lectionem ad lemmatis accomodatam esse arbitror.

[1]) cf. Eun. 851 p. 62. [2]) v. p. 18. [3]) cf. Hauler ad h. v.

Eun. 152. *Co:* „*,nihil respondes'* iam silentium accusat, quia scit nihil contrarium responsurum. 2 Et satis blande *,mihi'* dixit tamquam: cui debeas amoris vicem." Hoc additamentum *,mihi'* a priore scholio, ut videtur, alienum, cui metrum obstat, in nullo libro exstat nisi in E. Sed ante Calliopium in vulgatae libris fuisse et ab hoc deletum esse conicio; quod si est, alterum scholion in vulgatae libro additum esse apparet.

Eun. 163. *Co:* „4 *,num ubi'* numquid alicubi. 5 Aut si *,nuncubi'* legimus, erit temporis adverbium, ut *,sicubi'*, quo in loco, qua in re." In altero auctor libro videtur habuisse lectionem *,num ubi'* (*l* ter cum A G) cum scholio: „numquid alicubi", in altero lectionem *,nuncubi'* (C P D E) cum scholio: „est temporis adverbium ut sicubi, quo in loco, qua in re." Quod si est, Donatum olim adnotasse conicio: „*,numcubi'* numquid alicubi. est temporis adverbium ut ,sicubi'." Fabia: „*,numcubi'*, formé de *,num'* et du suffixe *,cubi'* (Fleck. Wag. Dz.), et non pas *,nuncubi'* ou *,numubi'* qui est impossible pour le mètre" [1]).

Eun. 384. Schol. D cum A: *,despectam'*; C P D^1 G E: *,despicatam'*; *Co:* „1. *,habent despicatam'* contemptam ac despectam. et est *παρένθεσις μεταπλασμός*. 2. Vel certe alterius verbi declinatio, ab eo quod est conspicor, despicor. Sallustius (Iug. 49, 5) ,cum interea Metellus monte degrediens cum exercitu conspicatur, primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet'." Fabia suo iure dicit: „C'est le participe du verbe rare *,despicor'* (comp. *conspicor, suspicor*) et on le retrouve chez Cicéron, in Verr. II 3, 41 à la fin. A et le schol. D ont *,despectam'*, qui est aussi possible pour le mètre, mais qui ne peut passer que pour une correction maladroite de la forme plus rare *,despicatam'* . . ."

Eun. 445. A^1 C P E F: *,par pro pari referto'*; schol. Eun. 449 cum A^3 D G: *,par pari'* (om. *,pro'*). Ex Fabiae adnotatione *,par pro pari'* integram esse lectionem efficitur. Facillime sane tritissima illa iunctura *,par pari'* irrepere potuit, quae fortasse iam in Donati libro fuit.

Eun. 529. A E F: *,aut dicat quod vult'*; C P D G: *,quid vult'*; *Co:* „*,quid vult'* pro ,quid velit'." Fabia *,quod vult'* („la chose qu'elle veut et non qu'elle chose elle veut") probat; equidem propter indicativum qui sequitur potius *,quid'* in *,quod'* mutatum esse censeo.

[1]) cf. Lindsay-Nohl p. 513.

Eun. 741. A D^1 G^1: *,ineptiam'*; in scholio 2 cum *l* et D^2 G^2 C P E F: *,ineptias'*, quod metro adaptari non potest. Scholii lectionem ad lemmatis accomodatam esse apparet.

Eun. 803. *Co:* „*,diminuam ego caput tuum hodie nisi abis'* rusticius dixit *,caput tuum diminuam'* quam si diceret ,diminuam tibi caput'." A: *,ego tibi caput hodie'*; C P D G F: *,ego caput tibi hodie'*; E: *,tibi ego caput tuum hodie'*. Scholii lectionem integram esse censeo. Iam mature, ut videtur, *,tibi'*, quod subditicium esse etiam varius in codicibus locus indicio est, pro glossa in versum irrepsit; in E genuina lectio glossa illa aucta — fortasse etiam in reliquis vulgatae libris ante Calliopium eadem fuit lectio — casu exstat. Deinde in Bembino et in Calliopi recensione *,tuum'* deletum, *,tibi'*, cum elegantius videretur, servatum est.

Eun. 881. In scholio cum *l* et D^1: *,tam imperita'*; rell. cum A: *,ita imperita'*. Hic quoque casu servatam esse conicio in D^1 lectionem, quae ante Calliopium in vulgata fuit, cui scholii lectio accomodata est.

Eun. 1062. *Co:* „*,conspicor'* commune verbum est conspicor." D: *,conspicor'*; G: *,conspicor'*; A^1: *,conspicior'*, quod ad *,conspicor'* redire patet; C P E F cum A^3: *,conspicio'* [1]).

Eun. 1093. C P F cum *l*: *,Atticam eloquentiam'*; A D G E: *,elegantiam'*. Scholiasta adnotat: „*,Atticam'* dicit veram et germanam, quia et cultior eloquentia Attica dicitur et summi oratores Attici nominati sunt." Ex hoc scholio, quod etiam lemmati *,Atticam elegantiam'* optime conveniat, scholiastam *,eloquentiam'* legisse colligere non licet. Sed variam illam lectionem ex hoc scholio ortam esse non abest suspicio.

Ad. 401. Schol. Ad. 553 cum *l* et P^1 E^1 F^2: *,abigam hinc rus'*; rell. cum A: *,abigam hunc rus'*, quod correcturae deberi verisimilius est.

Hec. 216. A D G^1: *,vestrarum'*; C P G^2 E F: *,vestrorum'*; *Co:* „*,vestrorum'* ,vestrorum' pro ,vestrum'. sic veteres." Cum Laches mulieres dicat, sane *,vestrarum'* scribendum est. Scholii lectio ad lemmatis accomodata est, nam in genuino commento integram fuisse lectionem alio loco probatur:

Eun. 677. A^1: *,nostrum'*; rell. cum A^2: *,nostrarum'*; *Co:* „*,nostrarum numquam quisquam'* vel *ἀρχαισμός* est figura pro ,nostrum', vel ,nostrarum', id est quae familiae nostrae sunt."

[1]) cf. Eun. 384 p. 66.

Hec. 229. *Co:* „*sola Sostrata*' optime geminavit ‚*sola*' more irascentium, non nudum nomen posuit." In A D[1] G alterum ‚*sola*', quod etiam metri causa necessarium est, omittitur.

Hec. 251. G: ‚*amisti*'; rell. cum A: ‚*amisisti*'; *Co:* „‚*amisti*' pro ‚amisisti' συγκοπή." Forma plena versui non convenit [1]).

Hec. 581. Bentleius ex suo veterrimo cum P: ‚*teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti fidem*'; A C D E F: ‚*ante quam*', quam ineptam correcturam etiam lemmata sequuntur. Sed in genuino commento integram fuisse lectionem hoc testatur scholion: „ordo et sensus hic est: et quod ante rebar, ei rei firmasti fidem neque me fefellit, quod ante rebar te me amare; nam ei rei hodie firmasti fidem, id est probationem attulisti." Alterum autem scholion, cuius auctor pravae illi plurimorum librorum lectioni lucem afferre frustra conatur: „deest ‚tam', ut sit ordo: et quam te me amare rebar, tam firmasti fidem ei rei" recentius additamentum esse in promptu est.

Hec. 590. In scholio cum *l* et D F: ‚*non facies*'; rell. cum A: ‚*haud facies*'. Scholii lectionem ad lemmatis accomodatum esse probabile est.

Hec. 625. In scholio cum *l* et D (in quo quidem super ‚*mater te*' est rasura): ‚*etsi tibi causa est de hac re: mater te impulit*'; A D P E F: ‚*mater quae te impulit*', correctura certe supervacanea, qua insuper metrum turbatur.

Hec. 670. *Co:* „‚*quem ipse neglexit*' si ‚*ipsa*' legeris, clare dictum est, si ‚*ipse*', pater, lentius dictum est. — ‚*quem ipse neglexit*' legitur et ‚*ipsa*'. et hoc est melius, ut sit pater vocativus casus." D[2]: ‚*ipsa*'; rell. cum A: ‚*ipse*' [2]). Iam in Donati libro ‚*ipsa*' pro varia lectione videtur fuisse.

Phorm. 197. *Co:* „‚*verbo expedi*' deest ‚uno'." Hoc ‚*uno*' irrepsit in P D G.

i

Phorm. 235. A: ‚*reperiam*'; D G: ‚*reperiam*'; C P E F cum *l*: ‚*repperi iam*'; scholiasta adnotat: „.... et cum ille pluraliter ‚reperient' dixerit, hic singulariter ‚*repperi*' respondet, quasi in se solo sit crimen." Mihi quidem perfectum Getae omnia iam meditato potius convenire videtur; et cum scholiasta ‚*repperi*' legisse videatur, nescio an recte conicias ‚*iam*' pro glossa in textum irrepsisse, ut genuina sit lectio: ‚*atqui repperi: aliud cura*'. Deinde ‚*repperi iam*' facile potuit metri causa in ‚*reperiam*' mutari.

[1]) v. p. 34. [2]) v. Kauer Stud. Vind. XXII 112 adn. 1.

Phorm. 372. A D[1] C P E: ‚*ero absenti male loqui*'; in scholio cum *l* et D[2] G F: ‚*ero absente*'.

Phorm. 377. A: ‚... *dicere hodie. desine*'; idem exhibent C P E F, nisi quod E[2] F[2] ‚*ohe iam*' superscribunt; D: *hoe iam desine*'; G: ‚*ho e iam desine*' (‚*ho e*' ex ‚*hodie*'). Alterum commenti scholion, quod in meliore auctoris libro fuit, ad Bembini lectionem accedit: „‚*desine*' imponit silentium Getae, quasi validiora dicturus sit. et sic et supra ‚*tace*' dixit senex." Alterum scholion ex vulgatae libro exscriptum est: „‚*ohe iam desine*' hac voce ostendit plus iusto pro se locutum videri Getam, nam ‚*ohe*' interiectio est satietatem usque ad fastidium significans . . ." Optime hic locus, quantum duo illi libri inter se discrepaverint, illustrat: alter bonam memoriam secutus brevibus scholiis — fortasse haec erant integra alterius excerptoris scholia — ornatus erat; alterius et deterioris scholia saepe non solum valde mutata, sed etiam aliis diversae originis aucta erant. Si duo quae ad nos pervenerunt scholia inter se contuleris, etiam, quae alterius scholii genuina fuerit forma, facile intelleges: „‚*desine*' hac voce(!) ostendit plus iusto pro se locutum videri Getam." Hoc scholion in margine adscriptum certa quadam nota ad ‚*desine*' pertinere significabatur; et cum in textu ‚*ohe iam desine*' legeretur, nescioquis scholion ad ‚*ohe iam desine*' rettulit et vocem illam ‚*ohe*' esse ratus ex suo addidit: „nam ‚ohe' interiectio est . . . ."

2. In maiore Andriae parte Bembini memoria caremus: hic quoque scholia, quantum ad genuinum commentum pertinent, plerumque ad eos Calliopianae recensionis accedunt libros, quorum est integra memoria.

And. 56. In scholio cum C P E: ‚*in hac re te*'; D G: ‚*te in hac re*'.

And. 70. *Co:* „‚*huc viciniae*' ‚viciniae' παρέλκον est . : . — ‚*huc*

e

viciniae' legitur et ‚*viciniam*'." C: ‚*huic vicinia//*', ut ante rasuram videatur fuisse ‚*viciniam*'; P D G E: ‚*huic viciniae*'. — Heckmann [1]) de hac locutione suo iure haec disserit: „Ob das ‚*viciniae*' And. 613, Mil. 273, Phorm. 95 Lokativ oder Gen. ist, muß ich unentschieden lassen. Bei Ter. And. 70 ist es natürlich Gen., denn die Alten haben den Lokativ nickt zur Bezeichnung der Vorstellung wohin? verwandt. Der Gen. aber

[1]) I F XVIII p. 313/14. — cf. Spengel app. crit. |And. 70, Hauler ad Phorm. 95, qui ‚*huc viciniam*' integrum esse censent.

ist beizubehalten und nicht in *,viciniam'* zu ändern, weil sich nicht einsehen läßt, wie ein ursprüngliches *,huc viciniam'* zu *,huic viciniae'* geworden wäre, dagegen ein *,huc viciniae'* leicht zu *,huic viciniae'* wurde, da die Dichter der Augusteischen Zeit das Ziel der Bewegung gern durch den Dativ ausdrückten. Die Lesart *,huc viciniam'* endlich scheint ein römischer Philologe eingeschwärzt zu haben, verleitet durch das ziemlich häufige *,hic viciniae'*." Si reputaveris in scholiis And. 105, Ad. 618 citari *,huc viciniae'* et haec contuleris scholia: Phorm. 95: „*,hic ,viciniae'* adverbium in loco est, cuius ad locum *,huc viciniae'*" et Phorm. 368: „*,in malam crucem'* adverbialiter ut *,huc viciniae'*", variam illam lectionem *,viciniam'* a genuino commento alienam fuisse pro certo habebis.

And. 88. In scholiis And. 88 (cum *l*), 110, Phorm. 339 cum C: *,symbolam'*; P D G E: *,symbolum'*. *,symbola'* = συμβολή [1]).

And. 129. Schol. Phorm. 135 cum C D: *,in ignem posita est'*; P G E cum *l*: *,imposita est'*.

And. 142. *Co:* „*,tulit'* pro ,attulit'." C P G E: *,qui auxilium tulit'*, D: *,attulit'*.

And. 171. Schol. Ad. 167 cum C G: *,i prae sequor'*; D P E: *,sequar'* [2]).

And. 190. In scholio cum C^2 D G E: *,ut redeat iam in viam'*; in C^1 P *,iam'* omittitur.

And. 194. In scholio cum D C^2 E: *,hem'*, quod metro aptum est; in C^1 P *,hem'* omissum, in G erasum est.

And. 242. Schol. And. 248, 392 cum D: *,quia me immutatum videt'*; in C P G E: *,quoniam'*, quod metro non convenit.

And. 252. Schol. Ad. 304 cum *l* et C P E: *,nam quid ego dicam'*; D G: *,quid ego nunc dicam'*; *,nunc'* addito metrum turbatur.

And. 290. *Co:* „*,solitudinem'* legitur et *,sollicitudinem'*." C P G, schol. D: *,solitudinem'*; E: *,solli// tudinem'*; D^1: *,fortitudinem'*.

And. 293. Schol. Hec. 389 cum D G: *,sive haec te solum'*; in C P E transponitur: *,te haec'*, qua re metrum turbatur.

And. 302. Schol. And. 302 (cum *l*), 337, 357 cum C P E: *,apud forum modo e Davo audivi'*; D: *,e davo modo'*; G: *,modo audivi e davo'* [3]).

And. 319. C P D E: *,auxilium consilium'*, quem ordinem scholiasta quoque habuit: „eleganter, quoniam demens et improbum est,

[1]) v. Spengel ad h. v. [2]) v. p. 24.

[3]) Schol. And. 576 *(,in foro . . .')* scholiasta ex memoria citavit.

quod petit, novissimum posuit *,consilium'*, ut, si non possit concedi, vel consilium expetat ad sanandam dementiam." G: *,consilium auxilium'* [1]).

And. 348. *Co:* „*,et id scio'* ἐν ὑποκρίσει tamquam dicat ,nihil est'. — *,et id scio'* legitur *,etsi scio'*." D corr.: *,et id scio'*; D^1 cum rell.: *,etsi scio'*. Varietatem ad duos auctoris libros referendam esse consentaneum est.

And. 361. *Co:* „*,egomet continuo'* deest ,duco': consuetudine dictum est et ἐλλειπτικῶς· — *,egomet'* una pars orationis est." C P G E: *,ego me continuo ad Chremem'*; D: *,egomet'*. Scholii lectionem ad Donati librum referre licet, in quo etiam alio loco eadem corruptela (cum A) fuisse videatur [2]).

And. 395. *Co:* „*,speres'* sunt qui ,speres' pro timeas habeant." C^1: *,nam quod tu speres'*; C^2 cum rell.: *,speras'*. Ex Spengeli adnotatione coniunctivum integrum esse apparet.

And. 441. *Co:* „*,nostin deinde desinet'* in significatione multorum, quae compendii facimus, *,nostin?'* dicimus." Spengel cum C P G E: *,nosti'*; Fleck. [2] cum D: *,nostin?'*, quod mihi quoque integrum videtur esse.

And. 442. C^1 P^1: *,eam rem reputavit via'*; D G E: *,recta reputavit via'*, C^2 P^2 *,recta'* inter lineas addunt. Scholiastam glossam illam non habuisse probat hoc scholion: „*,via'* consilio, ratione" [3]).

And. 483. In scholio cum *l* et C^1 P: *,ista ut lavet'*; C^2 D G E: *,istaec'*, quae forma metro non convenit.

And. 483. In scholio cum D^1 E: *,mox ego huc revertor'*; D^2 D P G: *,revertar'* [4]).

And. 504. *Co:* „*,occepi'* ,occepi' melius quam ,incepi'. dicitur ab occipitio; est enim ,occepi' quasi caput rei institui." D^1 E: *,occepi'*; D^2 G: *,occoepi'*; C P: *,coepi'* [5]).

And. 510. In scholio cum D G: *,opinionem hanc tuam esse'*; in C P E *,hanc'* omittitur; *l*: *,tuam hanc'*.

And. 532. *Co:* „*,eccum ipsum obviam Chremem'* continuo mutavit declinationem, ut ,iubeo Chremetem'." *,Chremem'*, quod metro non convenit, in D G versu exeunte legitur; in C P E non est. Hoc scholion ex vulgatae libro exscriptum esse apparet. *,Chremem'* antea in plerisque libris fuisse, sed a Calliopio deletum esse consentaneum est.

[1]) Umpfenbach G sequitur.

[2]) v. Eun. 230 p. 50. [3]) cf. Eun. 87 p. 50.

[4]) v. p. 24. [5]) cf. Ad. 206 p. 27.

And. 536. *Co:* „*ausculta paucis*' et ,*pauca*' legitur." C¹P¹: ,*pauca*'; C²P²D G E: ,*paucis*'.

And. 549. In scholio cum C P G E: ,*quasi illa*'; D cum *l*: ,*quasi si*'.

And. 604. *Co:* „*em astutias*' bona ironia pluraliter dixit ,astutias' . . . ." C P: ,*astutias*'; D G E: ,*astutia*', correctura ex recentiore scribendi usu [1]).

And. 627. *Co:* „*ut malis gaudeant*' cum dixisset ,cuiquam', intulit numerum pluralem . . . . — ,*ut malis gaudeant*' legitur et ,*gaudeat*' et ,*comparet*'." C: ,*gaudeant . . . comparent*'; P: ,*gaude//t . . . compare//t*', D G E: ,*gaudeat . . . comparet*'. Pluralem integrum esse in promptu est. Alterum scholion auctorem, cum in deteriore libro singularis esset, scripsisse probabile est.

And. 631. *Co:* „*post ubi tempus*' deest ,est', ut sit: tempus est." C P: ,*tempus*'; D G E: ,*tempus est*'.

And. 663. C P: ,Cha. *quis homo istuc?* Pa. *Davus.* Cha. *Davus?* Pa. *interturbat.* Cha. *quam ob rem?* Pa. *nescio . . .*'; D G E: ,Pa. *Davus.* Cha. *Davus.* Pa. *Davus interturbat*'. Cum Bentleio editores recentes ,*interturbat*' ut verbum interpositum delent et hunc restituunt versum: ,Cha. *quis homo istuc?* Pa. *Davus.* Cha. *Davus? quam ob rem?* Pa. *nescio . . .*' *Co:* „1. ,*Davus interturbat*' ,Davus' cum admiratione pronuntiandum. 2 ,*interturbat*' deerat, ut et hic ,*Davus*' diceret, sed plus intulit ,*interturbat*' . . . ." Fortasse in meliore libro integer erat versus cum hoc scholio: „,*Davus*' cum admiratione pronuntiandum", ut alterum et quae sequuntur scholia postea in vulgatae libro addita esse sequatur. Sed certi nihil affirmare licet.

And. 723. *Co:* „*memoria atque astutia*' ,memoria', ut praecepta retineat Davi . . . ,*memoria*' simpliciter magis: ut memor sit Davi praeceptorum. Et ,*memoria*' modo pro intellegentia." D¹P G E²: ,*memoria*'; C¹D²E¹: ,*malitia*'; C²: ,*militia*'. ,*memoria*', quod in Donati libro fuisse colligere licet, integrum esse censeo.

And. 745. *Co:* „*quid illic hominum litigant*' legitur et ,*litigat*'." D¹: ,*litigat*'; D² cum rell.: ,*litigant*'.

And. 784. *Co:* „*nec tu omnia*' ,audisti' subauditur. — ,*ah nec tu omnia*' aut ,nec' pro ,non' legitur, aut ,ne omnia', ut ,ne' producatur et accipiatur pro non." D: ,*a'a necdū*'; C P E: ,*an haec tu omnia*'; G: ,*an tu haec omnia*'. Commenti lectionem, quam ad Donatum redire probabile est, integram esse pro certo

[1]) cf. Eun. 297 p. 23.

habeo. C P E G Calliopi correcturam sequi conicio; casu D servat priorem lectionem paulo mutatam, nam ,*necdū*' infelicem scilicet esse correcturam pro ,*nec tu*' in aperto est.

And. 804. *Co:* „*nosne sic ut quimus a.*' τὸ ,*sic*' nudum est. Et est significatio languoris cuiusdam et lentitudinis." C P G: ,*nosne ut quimus*' (,*sic*' om.); E: ,*nosne ut ut quimus*'; idem in D fuisse videtur: ,*nosne*//*ut*' (*sicut* supra), ,*sicut*' a schol.

And. 809. Schol. Ad. 48 cum altero *l* et D¹: ,*semper eius dicta est*'; G: ,*semper dicta eius*'; D²C P E cum altero *l*: ,*semper enim dicta est*'. In altero igitur auctoris libro ,*eius*', in altero ,*enim*' fuit; atque ,*eius*', cum scholio illo confirmetur, et antiquius et integrum esse probabile est.

And. 811. In scholio cum D E¹: ,*quam id mihi sit facile*'; C P G E²: ,*quam hic mihi sit facile*'. (*se* supra)

And. 857. Schol. Eun. 839: ,*veritas inest*'; C: ,*veritas*'; P D G E: ,*tristis severitas*'. ,*veritas*', quod etiam Nonius legit, integrum esse elucet; facile sane ,*tristis severitas*' scribi potuit.

Neque quaerere postremo non possumus, num forte pars quaedam librorum ς ad Donati memoriam propius accedat vel omnino inter libros ς certae distingui possint classes. Qua de re viri docti maxime inter se dissentiunt [1]). Nuper Hauler eo pervenit, ut stemmatis statuendi tempus nondum adesse ratus interim tres distingueret classes: „1. Die dem A näherstehende, auf ältere scholienreiche Überlieferung zurückgehende Klasse δ (D G V, dazu wohl auch A³), 2. die ihm fernerliegende jüngere Gruppe γ (P C) und 3. die Mischklasse μ (F E L)" [2]).

Sed quomodo iis locis, quos extrema huius commentationis parte (B III) contulimus, libri ς inter se dissentiant aut concordent, satis est considerare, ut rem magis intricatam esse intellegamus. Nam ut haud ita raro Hauleri partitio videatur comprobari, ita saepius quam ut ad viri doctissimi opinionem accedere possim, classes eius commiscentur atque perturbantur. Quae cum ita sint, non solos F E L, sed omnes libros ς censeo quasi mixtam efficere classem, atque ita quidem, ut singuli plus minusve et ex vulgata et ex Calliopi recensione pendeant. Neque melius, quid de hac quaestione censeam, explicare possum quam viri doctissimi, Krolli,

[1]) Vide quae de variis opinionibus Hauler Phorm. app. crit. ineunte exponit.

[2]) Fabia in Eunuchi, Kauer in Adelphorum editione Haulerum sequuntur.

de Horatiani textus historia iudicio ad Terentianarum fabularum memoriam translato; qui in iudicio de Vollmeri commentatione quae inscribitur ‚Die Überlieferungsgeschichte des Horaz‘ facto haec profitetur[1]:

„..... Also das übliche Stammbaumsystem wird hier zu schanden, und die Überlieferungsgeschichte ist sehr viel komplizierter, die Varianten viel älter ..... Die Überlieferung beginnt sehr früh auseinanderzugehen; die vielen Exemplare beeinflussen sich aber in mannigfachen Kreuzungen: selbst wenn ein berühmter Philologe den Text konstituiert, dringt diese Gestaltung nicht siegreich durch, sondern vermischt sich wieder mit der Vulgata .... Ich kann dafür etwa auf Diels Vorrede zu Didymos S. XLIII verweisen .... Solche ‚Mischhandschriften‘ sind freilich für den, der mit aller Gewalt ein Stemma erzielen will, sehr unbequem, für die wirkliche Geschichte der Überlieferung aber sehr wertvoll.“

[1]) DLZ 1906 n. 17.

Index locorum.

A.

B.

Vita.

Natus sum, Franciscus Arens, anno pr. s. LXXXV Rheinae Guestfalorum patre Francisco, matre Antonia e gente Brinckmeyer, quibus gaudeo superstitibus. Fidei addictus sum catholicae. Postquam per novem annos urbis patriae Gymnasium Dionysianum frequentavi, anno h. s. V maturitatis quod vocant testimonium assecutus, ut studiis philologicis operam darem, sex menses universitatem Friburgensem, deinde per octies senos menses almam matrem Monasteriensem adii. Docuerunt me: Braig, Kluge, Rickert, de Simson, Übinger Friburgenses; Busse †, Cauer, Ehrenberg, Hosius, Jostes, Koepp, Kroll, Meumann, Muenscher, Radermacher, Schwering, Sonnenburg, Spicker, Streitberg Monasterienses. Ut per bis senos menses seminarii philologici essem sodalis, Sonnenburg, Kroll, Muenscher benevole concesserunt. Quibus omnibus viris doctissimis gratias ago maximas, praeter ceteros autem Sonnenburgio, qui et ad hanc materiam tractandam me invitaverit et opera atque auxilio semper adiuverit.